Iran BL 110




photograph pp 570-71

BOUND BY F.BEDFORD

Digitized by the Internet Archive
in 2017 with funding from
Getty Research Institute

https://archive.org/details/cfmenestreriisjp00mene




C.F. MENETREII
PHILOSOPHIA
IMAGINUM
id est
SYLLOGE
SYMBOLORUM
Amplissima

# C. F. MENESTRERII S. J.

# PHILOSOPHIA IMAGINUM

id eſt

# SYLLOGE SYMBOLORUM AMPLISSIMA,

*qua*

Plurima Regum, Principum, Nobilium, Fœminarum illuſtrium, Eruditorum, aliorumque Virorum in Europa præſtantium, quæ proſtant, ſumma diligentia ſunt congeſta methodoque ſuccincta exhibita.

*E Lingua Gallica in Latinam tranſlata, Figuriſque elegantioribus ac antea ornata.*

AMSTELODAMI & GEDANI,
Proſtant apud JANSSONIO-WAESBERGIOS;
M. DC. LXXXXV.

NOBILISSIMO,
AMPLISSIMO
CONSULTISSIMO
ac
SPECTATISSIMO
VIRO

# D. ALBERTO BENTIS

Ex-Scabino Amſtelodamenſi graviſsimo.

S. P. D.

JANSSONIO-WAESBERGII Bibliopolæ.

CIrcumſpicientibus nobis, qua ratione hunc libellum noſtra cura tranſlatum & typis deſcriptum ornatiſſimum juxta ac commendatiſſimum redderemus; id unum præ çæteris haud negligendum viſum eſt, ne opus omnium ferè e-

ruditorum ſuffragiis præſtantiſſimum ſine inſcriptione cujusdam Viri Illuſtris in lucem ederetur. Quod idem cum factum videremus olim ab ipſo Authore, idque tanta cum fiducia, ut illuſtriſsimo Viro Colberto, quem Galliæ lumen haud immerito dicunt, eum dicare non veritus ſit, partium utique noſtrarum eſſe duximus, conſimilem quoque in noſtra urbe quærere, unde par in hunc Librum redundaret ſplendor & authoritas. Talem verò poſtquam inter paucos TE unum novimus & maxime idoneum & digniſſimum, tum propter ſummam Authoritatem, quâ plurimum vales, tum propter Artium Liberaliorum ſincerum amorem, quo vehementiſſime flagras, quemque inſtructiſsima TUA Bibliothecâ, cui parem vix Amſtelodamum habet, luculenter o-

oſtendis, id TIBI offerre ac conſecrare eò facilius à nobis impetravimus, quo magis de benigna TUA voluntate ſumus perſuaſi. Quod ſi tamen cultui ac obſervantiæ, qua te Eruditorum chorus proſequitur, hinc quicquam decedere videretur, vel ſolo bene merendi deſiderio de Re Literaria nos excuſatos habeas, etiam atque etiam rogamus. Amſtelodami M. DC. XCIV. d. 13. Septembr.

# PRÆFATIO.

*Cum animadverterem Symbola à pleriſque hoc noſtro tempore tanto cum applauſu excipi, haud ingratum, imo magnum Orbi literario putavi me præſtiturum commodum, ſi Symbola in Europa variis locis & temporibus exhibita & à me collecta publici juris facerem. Quorum cum tanta mihi emergeret ſeges, delectum quidem habere potuiſſem eorum, quæ arti magis congruerent ingeniique præ cæteris multum haberent; verum enim vero cum vix duos reperias, quos eadem juvent, nec minor diverſitas ſit in judiciis quàm in palatis humanis, rectius me facturum arbitratus ſum, ſi judicio meo non interpoſito aliorum arbitrio ea, pro ut collecta erant, relinquerem. Tanta quippe inter illos ipſos intercedit opinionum diſcrepantia, qui ſe duces in hac arte nobis præbuere, ut nil unquam veri ex illorum regulis elicueris, niſi alio modo rem aggrediaris, eorumque multitudini ac authoritati, quæ duo alias mul-*

*tum*

*tum in judiciis faſcinandis valent, rationem & examen acre opponas, quibus ſolis opiniones diverſæ ad prima rerum principia revocari poſſunt & ad veritatis penetralia aditus facilis paratur. Atqui ea ipſa eſt ratio, quâ me eo uſque perduci paſſus ſum, ut operi judicium de ducentis fere Authoribus, qui de Re ſymbolica ſcripſerunt, præfigerem, ex quo, quoniam ea qua par erat, fide cujuſvis opiniones recenſui, facilè judicabit æquus Lector, ſolidi nihil ea in re ab illis eſſe præſcriptum aliamque nobis neceſſario ineundam eſſe viam ad veram Symbolorum artem eruendam, quod aliquando ipſe tentare conſtitui. Huic judicio immediate ſubjuncta eſt ipſa Sylloge plura quàm quater millia Symbolorum complectens, quorum ex vaſtitate quivis haud difficulter colligere poteſt, majorem dari numerum communium & mediocrium, quàm illuſtrium, & ex arte probe elaboratorum, ſed, ut ante jam dictum eſt, non eſt idem omnibus palatum, nec omnium oculi iiſdem rebus paſcuntur; quæ aliis diſplicent, aliis fortè perpla-*

*cebunt. Ubi alii cæci erunt, alii magna acumina & delicias eruent. Quid! quod & inepta quævis, vitiis demtis, ad artem redigi & in uſum facile adhiberi queant ab iis, qui cum antea harum rerum ignari fuerint, illis autem excogitandis operam dare velint, poſtquam & picturas & inventionem in hac noſtra Sylloge adverterint, nihil aliud facere debent quàm earum in locum expreſſionem concinniorem ſubſtituere, lemmaque nitidius elaborare eique plus addere leporis.*

*Nec injucundum fortaſſe erit hic videre diverſos ingeniorum characteres, varioſque exprimendi modos, cùm & ſimilia invicem ſibi quædam Symbola apparitura ſint, & ex talibus corporibus conſtituta, quæ multas cogitationes nobis ſuggerere, applicationeſque diverſas pati poſſunt, adeo ut Symbolorum numerus de Sole plura complectatur quàm quingenta, de Luna plura quàm ducenta, ut jam nihil dicam de imagine Aquilarum, Apium & aliorum quorundam corporum. Sunt etiam, quæ quamvis ad artis normam non*

*ſint*

*ſint accurate concinnata, nec ingenii multum præ ſe ferant; tam peculiaris tamen Hiſtoriæ, cui præfigurandæ facta ſunt, exhibent indicia, ut digniſsima judices quibus locum in hac Sylloge demus. Vt verbo dicamus, perinde hic comparatum eſt ac cum Cœlo, ubi omnes ſtellæ non ſunt primæ magnitudinis, dantur & nebuloſæ, imo & perexiguæ, quæ ſine conſpicillorum ope adſpici nequeunt, quas tamen eruditorum curioſitas haud latere ſinit. Viginti anni ſunt & quod excurrit, cum idem fecerit Abbas Picinellus lingua Italica, quod nos Gallica tentavimus; at cum multa ſymbola ipſum fugerent, quæ in noſtro Regno adornata ſunt, nec ultramontanis inferiora, ea omnia, in Galliæ gloriam colligere aggreßus ſum, quæ ingenioſiſsima nobis viſa fuerunt, iiſque admiſcere multa extranea, quantumvis nec ſatis eleganter nec ſatis ingenioſe excogitata. Quandoquidem etiam nullum eſt ſymbolum, quod non in ſermone ſimilitudinis vicem ſubire poſsit in majorem rerum, quas tractamus, explicationem, breves applicatio-*

*nes*

*nes eaſque morales pleriſque adjecimus. Quod autem ad ordinem attinet, eum in primis ſecuti ſumus, quem ipſa natura nobis ſuppeditat, quia omnium eſt facillimus & indicis inſtar, qua duce deſiderata quævis ſtatim reperiuntur. Hinc prima parte complexus ſum ea, quæ ex Cœlo & Aſtris deſumuntur: altera quæ ex Elementis, in tertiam dilaturus, quæ pro figura habent corpora artificialia, vel ex Hiſtoriis aut Fabulis ſuam originem ducunt. His aliquando ſubjuncturus ſum Hiſtoriam Symbolorum, atque poſtea Tractatu quodam de Arte Symbolica rationabilibus regulis ſubnixa omnibus meis de hac re operibus, quæ partem Philoſophiæ Imaginum conſtituunt & quorum quædam jam typis evulgata ſunt, impoſiturus finem.*

IN

# SYLLOGEN SYMBOLORUM

## NOVA METHODO

## ad Artis formam redactorum.

Docta characterum, ſignisque tacentibus altos
Inſpirans ſenſus, prognata Scientia Cœlo;
Seu Phariæ turres, vicinaque regna Canopi,
Grajorum ſeu Te regio lætetur alumna,
Seu Latii latuiſſe prius dicaris in agris:
Aut quæcumque fuit tellus, quæ prima Deorum
Demiſſam gremio teneris Te fovit ab annis;
Vel quò Te propriam ſibi nulla vocaret, opacis
Temporis atque loci condis primordia faſtis.
Non mihi mens animuſque tuos annalibus ortus
Eruere antiquis, atque incrementa docere;
Ingenii majoris opus, majoris & artis.
Quos tamen & quantos uſus, quæ commoda ſenſit,
Sentit adhuc mortale genus, te dante, referre
Si pergam, audaci deducens ſingula verſu,
Deſeret alta prius Coeli faſtigia Titan,
Carmina, materiâ quam deficiente, fatiſcant.
Quicquid enim magnum viguitque vigetque per ævum
Omne, quod æternis inſcripſit fama calendis,
Te miniſtrante notas arcanas, vindicat atræ
Dentibus invidiæ, vulgus removetque profanum.
Inclyta Niliacæ ſint teſtis gloria terræ
Pyramides, quarum jactat miracula Memphis
Occultare ſacrâ cui mos eſt ſenſa figurâ.
Auſoniis quæ, quanta Tibi ſacraria Regnis!
Et quot magnorum rapuiſti nobile pectus
In laudes cultumque Virûm! pars unde triumphi
Multa, theatrales ſternis creberrima l dos:

Ferales pompas libithynæ mœſta trophæa
Inſtituis, preciumque cluis non vile laborum.
Fis quoque conjugii decus admirabile multis,
Stemmatis hinc index, & nobilitatis avitæ
Teſſera, Principibus quâ quis virtute probatus,
Ornatuſque fuit Te paſſim ſingula gentis
Nobilioris habent ſignacula & arma, domus, res.
Per tua ſigna datur diſcernere ab Urbibus urbes,
Et regnum regnis; privatus quiſque deinde
Hiſce notis mentem promit conditque, patentes
Quam latè natura ſinus expandit, habebit
Hinc quæcumque volet naturæ myſta ſagacis,
Seu mores vitamque hominum, privataque captet
Hinc ſtudia, aut quivis delectet publicus uſus.
Quale MENESTRERIO decus, & quæ gloria tantis
Par meritis dabitur? quæ præmia digna laborum?
Unus cunctorum ſolus, qui ſingula culto
Symbola judicio perpendens, Artis in agmen
Digerit in proprios diſponens ſingula fontes,
Et rem multorum claram ſudore, ſolutam
Legibus at certis, ſapienti lege coercens,
Huic, quod defuerat, ſolum divæ decus addit.
Deferat illa ſuo decus immortale Miniſtro,
Dumque erit in pretio virtus, dum ſigna futuris
Nobilitatis erunt Majorum ſtemmata natis,
Hunc quoque victuræ tradat per ſæcula famæ.

# AUTHORES

Qui de Symbolis ſcripſerunt, quorumque Opera in hoc Tractatu examinantur.

*Paulus Jovius.* 1.
*Ludovicus Dominicus.* 3.
*Alphonſus Ulloa.* 4.
*Hieronymus Ruſcellius,* ibid.
*Scipio Amiratus.* 5.
*Alexander Farra,* 6.
*Bartholomæus Taëgius.* 7.
*Lucas Contile.* 9.
*Johannes Andreas Palatius.* 10.
*Franciſcus Caburaccius.* 12.
Scipio *Bergalius.* ibed.
*Torquatus Taſſus.* 14.
*Abrahamus Franſius.* 15.
*Julius Cæſar Capacius.* ibid.
*D. Albertus Bernardetti.* 17
*Jacobus Saſſus,* 18.
*Andreas Chioccus.* ibid.
*Hercules Taſſus,* 19.
*P. Horatius Montalde.* 23.
*Johannes Paptiſta Perſoné.* ibid.
*Franciſcus d'Amboiſe.* ibid.
*Paulus Areſius.* 24.
*Abbas Ferro.* 27.
*Dom. de Boiſſiere.* 32.
*Pat.* Sylveſter *Petraſancta,* 33.
*Henricus Stephanus de Foſſato.* 33.
*Pat. Petrus le Moine.* 34.
*Conſtantius Landus,* 35.

*Cæſar*

*Cæſar Treviſanus.* 36.
*Felix Milenſius.* ibid.
*Officioſus Intronatus.* ibid.
*Stephanus Guatius.* 38.
*Thomas Garzonius.* ibid.
*Johannes de Oroſco & Covarruvias.* 39.
*Johannes Bellonius.* 40.
*Rudolphus Mojechinus Pius.* ibid.
*Johannes Baptiſta Piccaglia.* 41.
*Guido Caſonius.* 42.
*Hieronymus Aleander.* 43.
*Marinus Bolitza.* ibid.
*D. Johannes Baptiſta Alberti.* 44.
*P. Jacobus Maſenius.* ibid.
*D. Emanuel Theſaurus.* 46.
*P. Petrus Abbas.* 49.
*Franciſcus Carmenius.* 50.
*Philippus Picinellius.* ibid.
*P. Bouhours.* 51.
*Interpres Prophetiæ Jeſaiæ.* 52.
*Anſelmus Boodt.* 53.
*Claudius Minos.* 54.

## Errata graviora ita ſunt emendanda.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Pag. 17 | *lin.* 27 | oportet *leg.* | oportere. |
| 188 | *lin.* 17 | mirantur *l.* | minatur. |
| 224 | *lin.* 22 | Quo *pertinet ad lin.* 23, & rem *ad lin.* 22. | |
| 320 | *lin.* 23 | in flore juventæ *l.* | florente juventa |
| 397 | *lin.* 15 | vah! *l.* | Sed |
| 574 | *lin.* 4 | *a fine* poſſum *l.* | poſſim |
| 617 | *lin.* 4 | tempeſtas *l.* | tempeſtate. |

# JUDICIUM
## De omnibus Authoribus
## Qui de
# ARTE SYMBOLICA
## Scripſerunt.

QUicunque animum unquam applicuerunt ad ſcribendum de re Symbolica, commodè noſtro judicio in quintuplicem poſſunt redigi ordinem. Agmen ducunt, qui diſertis verbis ac data opera eam tractarunt artem, regulaſque hunc in finem tradidere obſervandas. Sequuntur, qui data tantum occaſione & quaſi ἐν παρόδῳ verba de ea fecerunt. Hos excipiunt, qui in Symbolis ipſis conficiendis fuere occupati. Proximum conſtituunt ordinem, qui in epitomen redegerunt, quæ collegerant ex diverſis Authoribus. Agmen verò claudunt, qui ſuis duntaxat operibus ea inſeruerunt.

Dignus profectò eſt PAULUS JOVIUS, qui omnium eorum primum occupet locum, qui rei Symbolicæ ex profeſſo dedere operam, regulaſque, quas in ea ſequaris, egregie tradiderunt. Impeditus enim aliquando nimio æſtatis calore, quo minus Hiſtoriam ſuam proſequeretur, caſtra animi gratia cum intimo ſuo Ludovico Dominico adire decrevit. Ubi cum de Symbolis forte illis incideret ſermo, quibus & Saga militaria & vexilla Gallorum noſtrorum videbant exornata, Tractatum exiguum de iis compoſuit dialogicum, cujus primordia capit ab i-

maginibus, quibus antiqui ornabant ſua cœmeteria, vexilla & clypeos, in quinque autem regulas deſinit, quibus Symbolum exactum ſuſtulciendum eſſe arbitratur.

*Primò, ut juſta ſit proportio inter corpus & animam i. e. inter figuras & verba.*

*Secundò, ne Symbolum ſit nimis obſcurum, ut Oedipo opus ſit ad illud enucleandum, nec nimis evidens, ut primo ſtatim obtutu omnibus æquè pateat.*

*Tertiò, ut oculis ſit pergratum ac viſu jucundum & ab aſtrorum, elementorum, animalium figuris, nec non ab operibus & inſtrumentis artium potiſſimum deſumtum.*

*Quartò, ne unquam capiatur à figura humana.*

*Quintò, ut lemma habeat breve nec obſcuritate nimis involutum, nec ea lingua conceptum, qua utitur, qui hoc Symbolo gaudet.*

Quibus exactè propoſitis exempla ſubjungit, alia ſine corporibus; alia nudo tantum lemmate figuris omninò orbata; alia ſubobſcura, eorum in primis, qui arroganter videntur ſuperbi; alia quæ notis ſenſum exprimentibus vel clandeſtinis Gallis * *Rebus* dictis illuſtrantur; alia denique, quorum verba nimium ſunt prolixa. Cæterum mirificè effert Symbola Ludovici XII, Franciſci I, & Henrici II, quibus concinniora nunquam vidiſſe ingenuè fatetur in eo Dialogo intimus ejus Ludovicus Dominicus. Minus verò adprobat quædam Hiſpanorum, appoſitiſque, quibus præcipuè fuere conſpicui recentioris ævi Reges Aragoniæ, Duces Mediolanenſes, atque Domini de Medicis, finem opuſculo imponit, nonnullis aliis illuſtrium Præfectorum, Fœminarum, Patrumque Purpuratorum recenſitis.

Hinc ſua laude nequaquam privandus eſt hic autor, qui præterquam quod nomen ſuum celebre atque clarum

* *Conſiſtunt hæ potiſsimum in literarum, Syllabarum, vocumque certa diſpoſitione.*

rum ſatis reddidit non tantum ea, quam ſcripſit, Hiſtoria, ſed & variis, quæ poſteritati reliquit, eruditione præſtantium virorum elogiis, non mediocrem ſibi etiam comparavit famam ac æſtimationem apud eruditos hoc exiguo tractatu, quo plus quam centum annorum decurſu Symbolorum Pater habitus eſt, quamvis ejus ætatem longè ſuperent. Etenim ei uni debemus, quod eorum naturam probè teneamus, quippe omnium primus eſt, cui volupe fuit in eorum inquirere originem, regulisque hanc ſcientiam complecti, nec dubito, quin plurima Principum atque Optimatum Symbola prorſus periiſſent, niſi exiguo ejus libello fuiſſent conſervata.

Cæterum diffiteri non poſſumus, tractatum iſtum nimium eſſe exiguum, regulaſque in eo perpaucas, adeò ut adumbraſſe hanc materiam potiùs dicendus ſit, ut aliis ſcribendi argumentum præberet, quàm omni ex parte abſolviſſe. Ipſe quartam ſuam regulam impugnat exemplis, quæ laudat & ut ſymbola inſignia probat, qua cavendum ſtatuit, ne unquam à figura capiatur humana. Quo factum, ut tot jurgia inter eos extiterint, qui poſt eum eadem de re ſcripſerunt. Sunt enim, qui nonniſi ejus regulis ſtant, poſthabitis exemplis; cum tantum nitantur alii exemplis, quæ probaverat. Pari ratione deſtruxit quoque alteram partem regulæ quintæ, adductis quibuſdam lingua vulgari egregiorum Symbolorum exemplis. Huic tractatui tutelam dedicatione procuravit Coſmi de Medicis, cui Manuſcriptum obtulerat.

Eo regularum ac Symbolicæ artis primipilo defuncto, LUDOVICUS DOMINICUS alium concinnavit forma dialogica tractatum, in quo ſuum ipſius Symbolum explicabat, cujus pictura erat vaſculum Floſculis plenum, cui fulmina imminebant, his verbis græcis.

ΑΝΑΔΕΔΟΤΑΙ ΚΑΙ ΟΥ ΚΑΙΕΙ.

Quibus ſignificare voluit, ictum quidem fulminis expandere exhalationem ſuam ſuper flores, eos tamen

men nequaquam adurere, idemque uſu venire fortuna adverſa utentibus. Hunc Tractatum ex occaſione hujus Symboli concinnatum, titulo *Ragionamento ſopra le impreſe*, Ratiocinationis de Symbolis, præfixo, unà cum tractatulo PAULI JOVII, amici integerrimi miſit ad Guilielmum Rauvillium Bibliopolam Lugdunenſem, ubi tunc temporis perquam celebris erat ars typographica, Florentinorumque ob commercia haud vulgaris concurſus. Quo factum eſt, ut uterque prima vice in lucem ſit editus Anno 1559. Quorum poſterior dialogum complectitur inter Pompejum de la Barba, Arnoldum Arlenionem & Ludovicum Dominicum. Quòd autem ad ratiocinationem eam attinet, nullius ferè momenti eſt, nihilque minus meretur quam ratiocinationis titulum. Quippe tantum corraditur, ſi verum fateri volumus, Symbolorum proborum atque improborum acervus, nec unquam in lucem editus fuiſſet, niſi felici ſuo omine PAULO JOVIO eum adjungere conſultum fuiſſet editoribus. Utrumque poſtea in ſuam linguam tranſtulit recudique curavit Venetiis Alphonſus Ulloa Hiſpanus ex comitatu Dom. Franciſci de la Torre Legati Regis Hiſpaniæ ad Rempubl. Venet. Qui deinde rurſus impreſſi ſunt Lugduni apud Guilielmum Rouvillium, cui eoſdem etiam lingua Gallica reddi, preloque ſubjici placuit.

Sub idem ferè tempus diſſertationem edidit italicam HIERONYMUS RUSCELLIUS de origine Symbolorum eorumque regulis. Ea in octo diſpertita eſt capita. Quorum primum agit de regulis Symbolorum. Secundum, quâ occaſione additum ſit figuris lemma. Tertium, de numero Figurarum. Quarto diſquiritur, num figuræ humanæ in illis ſit locus. Quinto exhibetur emblema, ejuſque differentia oſtenditur à Symbolo. Sexto tractatur de lemmatibus Symbolorum. Septimo de Symbolis, quæ in alicujus concinnantur honorem. Octavo de illis, qui ſibi ipſi cudunt Symbola. Is cùm uberiùs tractet multò

tò hanc materiam, quàm Paulus Jovius, eodemque ferè cum illo tempore tractatum in lucem ediderit, factum eſt, ut plurium tritus ſit manibus, famamque ac nomen haud vulgare ſibi pepererit. Alios duos libros ei adjunxit, quibus collecta ſunt quædam Symbola, verùm de his in ſuo loco tractandum erit, ubi recenſendi, qui ſymbolorum quandam fecerunt collectionem.

Hunc ſecutus eſt SCIPIO AMIRATUS genealogus celeberrimus, qui Anno 1562. dialogum de Symbolis edebat hoc titulo: *Il Rota o vero delle impreſe Dialogo del Signor Scipione Ammirato, nel qual ſi ragiona di molte impreſe de diverſi Excellenti Autori, di alcune regote e avertimenti intorno queſta materia.*

Huic tractatui occaſionem præbuiſſe narrat quoddam Symbolum, quo exornatum erat rhedæ dorſum, qua vehi curabat Bernardus Rota Ninum de Nini Epiſcopum Potenzenſem regni Neapolitani unà cum Alphonſo Cambio & Bartholomæo Maranta villam ſuam, quam habebat, viſurum. Quod cùm Epiſcopus intuebatur, cauſam nactus eſt & inquirendi, quid hoc ſibi vellet, & differendi ſenſim de Symbolis, non tantum per omnem hanc viam; verum etiam in prædiolo, quò tendebant, quippe magnum ibi inveniebant Symbolorum pictorum apparatum diverſis in locis.

Multa in hoc opere tractat Scipio Amiratus, quæ ad rem nihil pertinent; ſiquidem colloquentes operis haud parum locant in illis inſcriptionibus ſcrutandis, quibus inveniebant introitum hujus prædii & fontes & alia quædam loca exornata. Parum autem convenit maxima pars regulis Symbolorum, quæ ſub incudem ibi revocant, quorum tamen quædam mirum in modum efferunt, quæ haud quaquam ferri poſſunt. Hinc eſt, quod parum promoverint lecturi hunc librum in Symbolorum cognitione. Ingentem in eo tribuit laudem Alphonſus Cambius cuidam

Antonio Epicuro, quem Symbolorum vocat Magiſtrum & principem *Maeſtro e Principe delle Impreſe.* Verum nunquam mihi contigit aliquid ab eo ſcriptum videre, nec ſatis conſtat, eum de hac re quicquam ullo unquam tempore ſcripſiſſe.

(*) Academia Affidatorum Papienſi ſtabilita ac conſtituta Anno 1562. diſſertationem habuit ex Academicis quidam ALEXANDER FARRA, quam Anno 1571. in lucem cum aliis tractatibus emiſit hoc titulo: *Settenario dell' humana riduttione d'Aleſſandro Farra Giureconſulto Aleſſandrino del Caſtellaccio.* Quod Opus ſeptem tractatibus abſolvitur, in quibus agitur de Felicitate, cui materiam præbebat Symbolum Academiæ Affidatorum: de ignorantia: de regimine Dei: de Euchariſtia: de morte: de furore poëtico & de Symbolis. Quorum quivis peculiare obtinet nomen. Primus enim inſcribitur Mercurius, Secundus Pſyche, tertius Zoroaſter, quartus Epulum, quintus Socrates, ſextus Homerus, ultimus Philoſophia Symbolica; ubi de Cabalæ myſteriis, de re poëtica Orphei, de numeris & ſententiis Pythagoræ poſtquam diſſeruit, ad rem Symbolicam tandem digreditur, quam ſuccinctè ſatis tractat rationeque firma ac expedita. Tria autem potiſſimùm ſtatuit rei Symbolicæ genera, quorum primum ſolis conſtat verbis, ſecundum ſolis figuris, tertium figuris pariter & verbis. Ad primum genus revocat, quod ſententiarum & verborum nomine venit, ad ſecundum, quæ vocantur hieroglyphica, ad tertium Symbola. In quibus quinque cum primis attendendas eſſe putat partes, ſcilicet Autoris conſilium, verba lemmatis, proportionem inter verba & figuras, figuræ proprietatem, figuramque ipſam, quæ picturam conſtituit. Denique tria corporum genera admittit, Fabuloſa, Hiſtorica & Naturalia, omniaque Symbola ad duplicem mentis operationem redigit.

Eodem

(*) *L'Academie des Affidez de Pavie.*

Eodem Anno 1571. alium tractatum de Symbolis publicavit BARTHOLOMÆUS TA'E'GIUS Mediolanenſis, quem vocat *Il Lyceo.*

Placet doctiſſimo huic Juriſconſulto quoque cum Alexandro Farra triplici generum diviſione Symbolorum doctrinam abſolvere. Quorum primas hic occupant parabolæ, quarum authores arbitratur potiſſimum Hebræos. Has ordine ſequi autumat Hieroglyphica, quæ ſibi Ægyptios vindicant inventores. Tertium genus Romanorum vult proprium, idque ſolum ipſius ſententia Symbolorum genuinorum nomen meretur. Quod ultimum cum tractat iterum in quatuor id ſubdividit ſpecies; verum non adeò hic expedita res eſt, quin hæreat in numiſmatum, emblematum & notarum vocem exprimentium differentia tradenda. Totam autem Symbolorum artem decem complectitur regulis. Quarum

Prima, ut ſit ſententia præclara, una, peculiaris, modeſta & diverſa ab eo quod figura repræſentat, nec contineat aliquam doctrinam, quod emblematum proprium eſt.

Secunda, ut integrum ſenſum non habeant verba à figura ſeparata, ſed ut figura quoque opus ſit ad quid innuendum.

Tertia, ut plurimarum figurarum evitetur concurſus, verbaque nimium extenſa ad paucitatem redigantur.

Quarta, ut figuræ ex ipſa cognoſcantur figura, ne earum nomina apponere neceſſe ſit.

Quinta, ut picturæ ſint egregiæ, nec in contrarium flecti poſſint.

Sexta, ne Symbolum ſit nimis clarum, nec nimis obſcurum.

Septima, ut ſubjecta hiſtorica & fabuloſa, quæ Symbolum conficiunt, exhibeantur ſub figuris humanis, quæ nihil habent dedecoris.

Octava, ne Symbolum materiam ſuppeditet dicteriis aut malevolorum obtrectationibus.

Nona, ne figurarum præcipuarum denominatio conſtituat lemma.

Decima, ut ſingulæ ſymbolorum partes inter ſe egregiè cohæreant.

Hiſce propoſitis, lemma putat adjiciendum eſſe lingua vernacula, præſertim in ludicris equitum pugnis, certaminibus, carceribuſque, ubi & mulieribus ſenſus eorum patere debet. Hæreditario autem ut ea accipiant liberi à patribus, autor quidem eſſe non vult. Interim haud parum laudis tribuit illis, quæ ad eorum alludunt nomen, ad quos pertinent. Tandem multa eorum examinat ad regulas, quas initio promittebat decem, quamvis ad viginti uſque numerus earum excreverit. Cæterum haut dubium eſt, quin ars ſymbolica ex eo tempore expeditius ſiſti cœperit, quo multò jam tractabatur dilucidius à Farra & Taëgio, quàm ante à Paulo Jovio, Dominico, Ruſcellio, & Scipione Ammirato.

Neque ita multò poſt idem Taëgius Juriſconſultus Collegii Mediolanenſis de diverſis rebus 44 diſſertationes admodum breves publicavit, quæ formâ literarum erant concinnatæ, quibus amicis ſuper hac vel illa re conſulentibus reſponſum ferebat. Quas inter reperire quoque erat quædam ad Comitem Mercurium Gattarinam, qua, conſulenti ut ſatisfaciat Comiti, paucis verbis dicit, ſymbolorum inprimis eſſe duas qualitates & ornamenta, brevitatem & ſenſus ambiguitatem i. e. ſenſum literalem & ſenſum moralem. Deinde ſeptem vel octo adducit exempla, ex quibus utrumque præclarè eluceſcit. Porrò recitat breve (*) carmen Aretini in Symbolum, quod habebat conjux Ducis Urbinenſis. Illud autem erat litera S, ſine ulla alia figura aut lemmate. Eandem b eveni diſſertationem gallice deinde vertit Anno 1576. Antonius du Verdier Proſopographiæ autor, quam dedicavit Belleforeſto, qui Hiſtoriam Galliæ exaravit.

Etſi

(*) Galli & Itali vocant *Sonnettum*.

Etſi verò decennium erat elapſum, quod diſſertationem de Symbolis habuerat in Academia Affidatorum Alexander Farra, tamen alii cuidam Academiæ membro LUCÆ CONTILE poſtea publico nomine data eſt provincia, ut Academiæ ſymbola quavis occaſione fabricata in tractatum quendam colligeret, eumque regulis ad hanc artem neceſſariis exornaret; qui etiam Anno 1574. ſub hoc nomine comparuit. *Ragionamento di Luca Contile ſoprà la Proprietà delle impreſe, con le particolari de gli Academici Affidati.*

Initium facit à novem inventionum generibus, de quibus ratiocinationem quandam inſtituit. Ea autem vocantur ſigna dignitatis, inſignia gentilitia, inſignia perſonarum illuſtrium & habitus diſcolores, quibus earum utuntur famuli, conſuetudines ſe veſtiendi, emblemata, numiſmata & nummorum facies, numeri & hieroglyphica. Verum non eſt quod hic quicquam eum intellexiſſe dixeris, ratiocinationiſque nomine, cujus operam quantulamcunque 53 maximis paginis fruſtra navavit, dignum. Huic aliam annectit de ſymbolorum proprietate, quorum nomine italico *Impreſſa* ejuſque origine & etymologia indagatis, ſequentes has ſex tractat quæſtiones. 1. An ſymbolum plurium figurarum ſit capax. 2. An jungendæ ſint figuræ cum lemmate. 3. An lemmatis loco poſſit eſſe integra ſententia. 4. Quo tempore Symbola ſint reperta, & à quo. 5. Quid ad ea perficienda requiratur. 6. Quoſnam Symbolorum uſus maxime ſpectet. Concinnæ equidem ſunt hæ quæſtiones, at non ſatis concinnè enucleatæ. Figuras deſumtas vult à rebus naturalibus & arte factis, quibus adjungit hiſtoriarum fabularumque eventus, nec ullas excludit alias quàm commentitias & monſtroſas. Deinceps multos citat Authores, qui ante eum eadem de re ſcripſerunt, eoſque inter quendam etiam Gallum, cuius tamen non exprimit nomen, hac periphraſi circumſcripſiſſe contentus, *un Moder-*

*no Franceſe in ſua lingua*, cui poſtremò ſubjungit Simeonem, Jovium, Dominicum, Ruſcellium, Ammiratum, (*) Academiam urbis Bodincomagi, Arnigium, Farram & Taëgium. *In Toſcona favella*, inquit; *il Simeone, il Giovio, il Domenici, il Ruſcelli, l'Ammirato, l'Academia di Caſale Sanvaſio, l'Arnigio per l'Academia de gli Occulti di Breſcia, il Farra Academico Affidato, finalmente il gentiliſſimo Taegio Jureconſulto.* Nec illum gallum ego novi, quem citat, niſi ſit Paradinus, qui publici juris fecit tractatum de Symbolis Heroicis Anno 1556.

Johannes Andreas Palatius Fanenſis quatuor etiam Sermones habuit de re ſymbolica ſub idem ferè tempus in Academia Urbinenſi, quorum primo agit de ejus origine, ſecundo de differentia, quæ intercedit inter Symbola, emblemata, notas clandeſtinas atque hujus generis alia; tertio tradit ſymbolorum definitionem: quarto denique exhibet diverſas eorum picturas. Primo inquirit in etymologiam vocis *Impreſſa*, quo nomine apud Italos venit ars ſymbolica. Ea autem voce potiſſimum complectitur clandeſtinas, emblemata, numiſmata, ænigmata aliaſque hoc genus eruditas imagines, quorum alia aliis plus aut minus putat habere exactitudinis. Nec exemplis, quæ ex priſcis adducit authoribus, ea confirmare prætermittit. Symbolis autem triplicem aſſignat ætatem, quorum infantiam exactam arbitratur ab Ægyptiis ad bellum Trojanum; adoleſcentiam, à bello Trojano ad tempora Petrarchæ; virilitatem, ab iis ad noſtrum uſque ſeculum. Sub finem hujus Sermonis Regum, Reginarum, magnatumque Gallorum quædam, Ducumque Urbinenſium in primis adjecit Symbola.

Secundo Sermone diſtincte tradit, quæ primo erant tradita confusè, quippe jam exactè oſtendit quænam ſit differentia inter notas clandeſtinas, ænigmata, ſigna habituum, inſignia gentilitia, Emblemata

(*) *L'Academie de Caſale de Sanvaſio.*

blemata, Numiſmata, Figuras galeis impoſitas & Symbola. Multo autem amplior eſt in exemplis cujuſvis generis proferendis quàm regulis, quibus rite componantur, tradendis.

Tertiò haud levibus prodit indiciis ſe uſum fuiſſe exemplis Gabrielis Simeonis, Pauli Jovii, Ruſcellii & Scipionis Ammirati, quo loco etiam mentionem facit Fabii Albergati & Lucæ Contile, quos eadem de re memoriæ quicquam prodidiſſe refert. At cum nihil unquam de Fabio Albergato oculis luſtrare mihi datum fuerit, nec à quoquam eorum, qui de hac re ſcripſere, citatum videam, vero haud abſimile videtur, ejus librum prelo nunquam fuiſſe ſubjectum. Mirari ipſi ſubit in eodem ſermone, quod Paulus Jovius, Ruſcellius, & Dominicus artis Symbolicæ nullam dederint definitionem. Poſteaquam verò tres vel quatuor Authorum variorum ſubjecerat definitiones, ipſe ex illis quandam fabricare conatur. Atro notat carbone eoſdem, quod alia Symbolorum genera non probaverint, quàm militaria & amatoria, multiſque in aliis ea locum habere acutè ſatis probat, ſiquidem præter ea & Academica, & Politica & Sacra habentur. Quas porro dederat Paulus Jovius regulas quinque, ad tres reducere ei placuit.

1. Ut ſubjectum ſit terſum.
2. Ut lemma ſit breve.
3. Ne ſenſus ſit nimis abſtruſus.

Quarto agit de ſubjectis naturalibus, artificialibus & fabuloſis, ex quibus Symbola conficiuntur, quorum nonnulla adfert exempla atque inter ea tandem, quod omnium abſolutiſſimum retur, Palmam, cujus termes quodam incurvatur pondere, quod ab eo dependet, his verbis, INCLINATA RESURGIT, quippe ejus termites naturâ ſunt tàm fortes ac flexibiles, ut pondere detracto, ſua ſponte reſurgant. Plurima, quæ allegat ſymbola, petita ſunt ex Franciſco Landio, Petro Viti patruele ſuo, Johanne

Bapti-

Baptiſta Campegio Epiſcopo * Malliacenſi; Johanne Galeatio Roſſi. Atque idem is Petrus Viti hos quatuor Sermones imprimi curavit Boloniæ A. 1675 dedicationeque conſecravit Marco Antonio Marſilii Colonnæ Archiepiſco † Salernenſi.

A. 1580. brevem tractatum de Symbolis in publicum dedit Alexander Vandini, qui erat conſcriptus à FRANCISCO CABURACCIO d'Imola hoc titulo, *Trattato di M. Franceſco Caburacci da Imola dove ſi dimoſtra il vero e nuovo modo di far le Impreſe.* Quod opus, cùm ad umbilicum Auctor morte præventus deducere non potuerit, poſt mortem ejus publici juris demum factum eſt. Unde etiam evenit ut Alexandro Vandini, nonnunquam adjicere viſum fit, *qui mancano alcune parole*, deſunt hic quædam verba: *qui mancano alquante righe*, deſunt hic quædam lineæ. Qui quorundam verborum & quarundam linearum defectus non poteſt non Authoris ſenſum maximè impedire & abſtruſum reddere. Haud obſcurè tamen liquet, eum rhetorico more artem ſymbolicam depingere conatum eſſe, hinc multum videmus illum collocare operis in ea quæſtione expedienda, num ars ſymbolica purum Phantaſiæ ſit inventum & an ullatenus aliquem rerum præſtet uſum. Symbola, quæ ab eo examinantur, ſunt, Laurus & Cupreſſus hoc lemmate, ERIT ALTERA MERCES. Columnæ Caroli V. hac inſcriptione, PLUS OUTRE. Hyſtryx Ludovici XII. his verbis, COMINUS ET EMINUS. Nodus Gordius cum hac Epigraphe, TANTO MONTA Philippi II. & ſol cum chryſtallino globo Clementis VIII. his verbis, CANDOR ILLÆSUS.

Anno 1578. prima vice orbi literario tradidit priorem partem tractatus ſui de ſymbolis SCIPIO BARGALIUS, quem inſcripſit. *La prima parte dell impreſe de Scipione Bargagli. Dove doppo tutte l'opere coſi à penna come à ſtampa ch' egli ha potuto vedere di coloro*

* *de Maillorque.* † *de Salerne*

*che della materia delle impreſe hanno parlato, della vera natura di quelle ſi ragiona.* Placet ipſi ordiri ab origine ſymbolorum, quam à mundi incunabulis arceſſere haud dubitat. Ab Hebræis enim ea putat derivata eſſe ad Ægyptios, ab Ægyptiis ad Græcos, à Græcis ad Romanos, atque inde ad equites tabulæ rotundæ. Deinceps explicat vocem *Impreſe*, examinatque definitiones à diverſis authoribus traditas, ex quibus quandam concinnat, cujus explicationem adjicit. Porro eorum refert ſententias, qui ante eum memoriæ quid prodiderunt. Humanam figuram prorſus hic excludit, quatuorque cauſas ſymbolorum adfert. Materialem, quæ eſt pictura & imagines ſub ſenſum cadentes. Formalem, quæ eſt ſimilitudo inter rem ſenſibilem, & inter eam quæ præfiguratur. Finalem, quæ conſiſtit in debita cogitatorum ac conſiliorum expreſſione. Efficientem, quæ eſt ingenium hominis, quod has ſimilitudines relationeſque explorat concinnatque. Tandem divertitur ad Symbolorum uſus, quorum non paucos recenſet & examinat. Is tractatus conſcriptus eſt forma dialogi inter *Attonitum Intronatum*, quod eſt nomen Academicum ipſius Bargalii, & Hippolitum Auguſtinum & Belliſarium Bolgorinium. Gratus is fuit publico præ reliquis ob methodum exactam, qua cæteros omnes longè poſt ſe reliquit, ratumque idcirco quibuſdam Academicis fuit, nullum admittere Symbolum, quod non ex mente & juxta regulas Bargalii eſſet excogitatum.

Sinæ, cùm literarum ſtudiis incumberet Bargalius, & in cognitionem veniſſet Jacobi Curtii Imperatoris à conſiliis ejuſdemque Pro-Cancellarii, quo uſus erat valde familiariter, is ipſe amicitiæ priſtinæ memor, priore hujus operis, quod aggreſſus erat amicus ejus, parte cognita, illi autor fuit, ut ad umbilicum perduceret quæ ſupereſſent, totumque opus conſecraret Rudolpho Secundo, haud dubitans quin id magna voluptate Cæſar eſſet receptu-

rus,

rus. Audiens fuit dictis Amici ſummi Bargalius, preloque iterum primam partem ſubjecit Anno 1594 adjectis duabus cæteris, quas in unum volumen congeſtas Cæſari dedicavit. Nec gratis id feciſſe perhibetur, quippe in ordinem equitum auratorum receptus eſt, inſigniaque ejus quarta aquilæ imperatoriae parte aucta, nec non coronâ laureâ galeæ frontiſpicium.

Multò ſunt meliora, quæ hic Autor recenſet, ac ipſe concinnavit Symbola, quàm quæ in præcedentibus aliorum reperiuntur tractatibus.

Compoſuit quoque, qui celeberrimum ſibi acquiſivit nomen Torquatus Tassus Hieroſolymæ liberatæ tractatu, de arte ſymbolorum dialogum, rerum potiente Pontifice Sixto V. hoc titulo *il Conte, overo delle Impreſe.*

Hoc in dialogo Romanum quendam Comitem & Neapolitanum, ſub quo ſe ipſum occultat, introducit verba miſcentes. Impulſum autem fuiſſe ad eum ſcribendum narrat, cùm aliquando ad feneſtram Palatii S. Johannis Purpuratum S. Georgium, cui iſtud opus etiam offert, expectaret, obeliſcumque veterem cum illo Comite contemplaretur, quem paucis ante diebus Papa Sixtus erigi curaverat ante illud Palatium, cujus cùm aſpicerent figuras inſculptas, factum eſſe dicit, ut ſermo deflecteretur ad Hieroglyphica atque ita ſenſim ad ſymbola & numiſmata. Prima ipſius hic cura eſt multas ſymboli expendere definitiones. Intricatum autem eſt haud parum, quod initio ea de re diſſerit, in primis quod dicit de ſimilitudinibus ſimilibus & diſſimilibus, quæ non niſi convenientiæ & oppoſitionis ſunt relationes. Porrò diſquirit an Symbolum ſit genus poëſeos. Picturarum probat duo genera, ſcilicet rerum naturalium & arte factarum, multaque ſumit ſymbola ab aſtris, quorum quædam non omni ex parte ſunt feliciſſima. Pari modo ea quærit in omnibus rebus ſublunaribus finemque imponit regulis iisdem quinque appoſitis, quæ Paulus Jovius tradiderat.

Anno

Anno 1588. latinum quendam tractatum vulgabat ABRAHAMUS FRANSIUS Anglus hoc nomine, *Abrahami Franſi Inſignium, Emblematum, Hieroglyphicorum & Symbolorum, quæ ab Italis* Impreſe *nominantur explicatio.* Tertio libro, qui brevis eſt & Symbolis propriè ſacratus, nil plane præter ſententias Jovii, Ruſcellii, Farræ, Contile & Bargalii recenſet.

Tribus pòſt annis Neapoli imprimi juſſit JULIUS CÆSAR CAPACIUS tractatum de Symbolis, quem in tres diſpertivit partes, quarum primam, quæ agit de ſymbolis, triginta abſolvit capitibus.

*Primo refert, quod ardui negotii ſit de Symbolis agere, quidque de iis ſcripſerint novem, qui præceſſerunt eum Auctores, Paulus Jovius, Dominicus, Simeon, Ruſcellius, Contile, Palatius, Paradinus & Bargalius.*

*Secundo inquirit, quid ſint emblemata, & qua ratione ex iis fiant Symbola.*

*Tertio agit de Hieroglyphicis & quæ ſit convenientia inter ea & Symbola.*

*Quarto ſcrutatur, quænam ſit vocis* ænigma *ſignificatio.*

*Quinto agit de diverſis Symbolorum modis eorumque ſignificatione.*

*Sexto, de numiſmatis & quæ eorum ſit convenientia cum Symbolis.*

*Septimo, quid ſignificet vox* Impreſe, *& quantum differat ab inſignibus gentilitiis.*

*Octavo de antiquitate Symbolorum.*

Sequentibus tribus capitibus examinat rem Symbolicam accuratius, exemplifque eam illuſtrat, quæ deſumit ab aſtris, meteoris, elementis & animalibus.

*Unde-*

*Undecimo inquirit, quomodo de Symbolorum concinnitate judicium ferri poſſit.*

*Duodecimo, decimo tertio & quarto ſcrutatur picturarum ſive corporum proprietates, quæ in us conficiendis uſum præſtant.*

*Decimo quinto, quomodo figuræ ſint locandæ.*

*Decimo ſexto, de figurarum Allegoriis.*

*Decimo ſeptimo, de figurarum diſpoſitionibus in numiſmatis.*

*Decimo octavo, de veterum auguriis.*

*Decimo nono, an figuræ ſymbolorum ex hiſtoriis peti poſſint*

*Vigeſimo, num ex pluribus una figuris Symbolum concinnari queat.*

*Vigeſimo primo, num ex figuris integris vel diviſis.*

*Vigeſimo ſecundo, tractat de Symbolis, quæ fabricantur in certos eventus.*

*Vigeſimo tertio, de figura humana.*

*Vigeſimo quarto, de Symbolorum obſcuritate.*

*Vigeſimo quinto, de lemmate Symboli, & quæ regulæ in eo faciendo ſint obſervandæ.*

*Vigeſimo ſexto, de diverſis lemmatum generibus.*

*Vigeſimo ſeptimo, an lemma poſſit conſtitui lingua peregrina.*

*Vigeſimo Octavo, quot verbis illud conſiſtere debeat.*

*Vigeſimo nono, de Symbolis ſine lemmate.*

*Trigeſimo, de Coloribus.*

Verum confuſa hîc cernimus omnia & perturbata, nec examini ea ſubjicit, quæ ſibi examinanda proponit.

Secunda Operis parte non recenſentur niſi proprietates Animalium, Plantarum, aliorumque corporum ac ſubjectorum, quibus in Symbolis locus eſſe poſſit.

Tertia quædam colligit Emblemata, quæ verſibus ac proſa oratione illuſtrat. Titulus hujus operis eſt,

*Dello*

*Delle Impreſe, Trattato di Giulio Ceſare Capaccio in tre libri diviſo. Nel primo, del modo di far, Impreſe di qualſi voglia oggetto o naturale, o artificioſo, con nuove maniere ſi ragiona.*

*Nel ſecundo, tutti Ieroglifici, ſimboli, e coſe miſtiche in lettere ſacre, o profane ſi ſcuoprono, e come da quegli cavar ſi ponno l'Impreſe.*

*Nel terzo, nel figurar de gli Emblemi di molte coſe naturali per l'Impreſe ſi tratta.*

Sub finem elapſi Seculi ſcripſit etiam exiguæ molis librum de Symbolis D. ALBERTUS BERNARDI diſciplinæ (*) Vallis Umbroſæ ſectator, quem inſcribit. *Giornata prima dell' Impreſe di Don Alberto Bernardetti l'Attonito, Academico Intento.* Is quoque dialogico more concinnatus eſt, qui habetur in villa Franciſci Marie Ricaſcole nobilis Florentini. Interlocutores conſtituuntur hoſpes, ejus fœmina, liberi & ille regularis cum patruele & conſobrina iſtius nobilis. Huic colloquio occaſionem præbuerat ſymbolum cujuſdam admantis, qui erat ad poliendum coarctatus, cum epigraphe gallica, RIEN SANS PEINE, quod Regularis ille viderat ſuper camino hujus villæ. Unde cum materiam colloquendi arripuerat, ſymbolum, inquit, requirere figuras concinnas, neque quaſdam eſſe adhibendas, quæ facetiis locum facere poſſent. Figuram etiam oportet abeſſe putat humanam. Mirum autem quid ac occultum ineſſe vult picturæ, quæ adhibetur ad Symbolum. Lemma exigit breve idque nec nimis clarum nec nimis obſcurum. Pro ſymbolo abſolutiſſimo adfert Ludovici XII. Hoc colloquio finitio interlocutores quadrifariam illud ſymbolum, quo caminus erat ornatus, explicant. Alius id volebat ſymbolum Academicum, alius heroicum, alius amatorium, alius denique Sacrum. Quibus factum



(*) *Religieux de Valombreuſe.*

ctum eſt, ut Regularis Academicorum *Intentorum* Mediolanenſium evolveret librum, ex quo cum tria eligerentur, eorum applicationes datæ ſunt morales, quæ tamen faſtidii non parum habent. Introducit fœminas doctè nimis differentes, artemque Amandi Ovidii citantes, quod parum honeſtum mulieribus. Cæterum nihil amplius vidi, quam hanc partem, quam vocat *Giornata prima*, nec certò conſtat, an alias unquam ediderit.

Anno 1600. publice Ravennæ in Academia *Informatorum* defendit D. JACOBUS SASSUS Academicus ſub nomine *Academici Acceſi* theſes de ſymbolis juxta regulas Bargalii, quas dedicavit (*) Epiſcopo Viglebanenſi Prolegato Ravennenſi.

Uno pòſt anno tractatum vulgavit de Symbolis & de vera eorum concinnandorum ratione ANDREAS CHIOCCUS Collegii Veronenſis Medicus & Philoſophus hoc titulo, *Delle impreſe, e del vero modo di formarle.* In quo cum primis expendit Symbola Academicorum, & poſtquam dixerat Symbolum eſſe medium, cujus ope mens ſua conſilia & cogitata exſerat, philoſophica ratione in hunc modum procedit; hominem eſſe conditum ad felicitatem, neque alium ſibi debere præfigere in omnibus actionibus ſuis finem niſi honeſtum, quare æquum etiam eſſe, ut Academicus hunc finem honeſtum, quo ad eam felicitatem collineet, exprimat in ſuo Symbolo. Hinc tria potiſſimum ſtatuit ſymbolorum genera. Quorum primum ad eos ſpectat, qui aliquid conantur facere; ſecundum eos, quibus conſervatio bonorum honeſtorum, quæ poſſident, curæ cordique eſt; tertium eſt eorum, qui opinionem quandam vel affectum peculiarem depingere volunt. Exempli loco primi generis adfert tres coronas Henrici III. Regis Galliæ & Poloniæ, adjecto lem-

(*) *l'Evêque de Vigevano,*

lemmate, MANET ULTIMA COELO. Secundi generis proponit Symbolum Eraſmi, cui Terminus erat à Deo cum hac epigraphe, CEDO NULLI; Tertii generis exhibet arborem fulmine tactam, cum adſcripto lemmate, IL MIO SPERARE, quod erat Symbolum Curtii Gonzagæ. Ne quid ſolicitus ſit Academicus de veritate falſitateque proprietatum ſubjectorum, quæ adhibentur ad ſymbola, ſed ut acquieſcat, ſi iſta ſaltem credantur, etiam atque etiam monet. Quod ad figuram attinet, eam poſtulat geminam in ſymboli pictura, quarum altera agat, altera patiatur, haud ſecus ac uſu venit in ignitabulo, ubi ad chalybem alliditur pyrites, ut inde exiliant ſcintillulæ. Atque iſtud eſt quod proprium vult omnium ſymbolorum, ſeque primum hanc regulum inveniſſe, eamque ad ſymbolorum perfectionem neceſſariam cum primis obſervaſſe, haud obſcure innuit.

Anno 1612. in vulgus emiſit opus quoddam de Symbolis HERCULES TASSUS, cujus Titulus erat *della Realtà e perfettione delle impreſe, con l'eſſamine de tutte le opinioni infino à qui ſcritte tal arte.* Quod in duas diviſum eſt partes. Quarum prima, quæ admodum ſuccincta eſt, tractat de omnibus generibus Symbolorum, Notarum, Emblematum, Ænigmatum, ut ita ſenſim perveniat ad ſymbolum Heroicum, cujus definitionem prolixa admodum novem lineolarum abſolvit deſcriptione. Sequentibus quatuor paginis ſingulas ejus exponit voces, iisque abſolutis perfecti ſymboli tradit regulas, quas numero undenario complectitur.

1. *Che poche ſiano le parole.* Ut lemma ſit vocum paucarum.

2. *Che non ven' habbia di ſouerchio ne di meno.* Ut nihil ſit in eo ſuperfluum, nihil deficiens.

3. *Che ſiano volgari la dove hanno à ſervire, o*

 Lati-

*Latine al meno.* Ut ſint lingua vulgari vel latina.

4. *Che di ſuono ſiano ſimili, e di ſignificato diverſe.* Ut ſimilia ſint ſono, ſignificatione diverſa. Quod idem etiam continet Regula quinta.

5. *Che habbiano fra ſe contrapoſitioni.*

6. *Che nobile ſia il concetto.* Ut conceptus ſit inſignis.

7. *Che le figure non ſiano piu di due.* Ut figura binarium numerum non excedat.

8. *Che viſtoſe ſiano le coſe figurate.* Ut figuræ viſu ſint jucundæ.

9. *Che dette figure ſi conoſcano ſenza ajuto di colori ne di parole.* Ut figuræ cognoſcantur ſine colorum & verborum ope.

10. *Che facciano atto proportionato a loro, non pero ſordido.* Ut actio illis ſit appropriata nec quid habeat ſordidi.

11. *Che la natura o proprietà onde ſi cava la paſſione, e da ſe appaia, o tolgaſi da libri famoſi e accetti.* Ut cognita ſit natura vel proprietas, quæ ſymbolo applicatur, vel ex celeberrimo quodam Authore ſit petita.

Has omnes regulas ſuccinctè exponit earumque deinceps ſubjicit exempla.

Secunda parte, quæ uno libro abſolvitur, juſtumque volumen conſtituit, in examen vocantur viginti quinque Authores, qui de ſymbolis ſcripſerunt.

PAULUS JOVIUS.
HIERONYMUS RUSCELLIUS.
LUDOVICUS DOMINICUS.
IL MATERIALE INTRONATO.
SCIPIO AMMIRATUS.
BARTHOLOMÆUS ARNIGIUS.

ALEXAN-

ALEXANDER FARRA.
FRANCISCUS CABURACIUS.
THOMAS GARZONIUS.
BARTHOLOMÆUS TAËGIUS.
LUCAS CONTILE.
JOANNES ANDREAS PALATIUS.
SCIPIO BARGALIUS.
BERNARDUS PERCIVALLE.
CAMILLUS CAMILLI.
STEPHANUS GUACIUS.
TORQUATUS TASSUS.
JULIUS CÆSAR CAPPACIUS.
SIMEON BARALLIUS.
ANDREAS CHIOCCUS.
PAMPHILIUS LANDIUS.
HIERONYMUS RAIMONDUS.
ALBERTUS BERNARDETTI.
GABRIEL SIMEON.
CLAUDUS PARADINUS.

Ex horum Authorum operibus quædam decerpit, quæ vel explicatione illuſtrat, vel refutat. Tribus autem potiſſimum ex rationibus hâc de materia ſcripſiſſe refert in præfatione. Primò, quod nondum de ea ſatis benè eſſet ſcriptum, ſaltem non adeò exactè, quam quidem ad eam artem perfecte tradendam opus eſſet. Secundò, quod quidam in reprehenſionem ſuam incurriſſent diverſis occaſionibus, cauſa reprehenſionis non adjecta. Tertiò, ut quorundam Symbolorum probaret rationem, quæ quondam ab eo erant confecta.

Indices huic operi ſubjecit duos JOANNES BAPTISTA LICINIUS, alterum rerum, alterum Symbolorum Authorumque eorum nominum, carmenque præfixit, quo hujus viri traditur vitæ curriculum.

*Nacque da ſangue illuſtre, tra' fortuna*
*Mediocre, liber huom in citta ſerva,*
*Deſto dal grido ch' altri in vita ſerva,*
*A piu ſcienze ſi diè non queto d'una.*

*Arſel fiamma d' Amor ben importuna*
*Ma ch' ancho la rende, ch' anch' il conſerva*
*Immortal ne ſegreti, ch' egli oſſerva*
*In Virginia ſuo ardor che'n ſe l'aduna.*

*Poco, ma dotto ei ſcriſſe; e opro molto*
*Piacquegli il ver, el ſuo valor portollo*
*A tutti i piu ſublimi patrii ſeggi.*

*Moglie hebbe; e ben che in molti figli in volto*
*Benche immerſo in publici maneggi*
*Mai non ſi vide d'imparar ſatollo.*

Ex quo conſtat Herculem Taſſum fuiſſe nobili genere natum, atque mediocri uſum fortuna. Patriam habuiſſe Neapolim, quæ cùm libertatem perdidiſſet, eum tamen ſuam ſibi ſervaſſe. Animum quidem appuliſſe ad literarum ſtudia, nulli tamen, in tam vaſto illarum ambitu, ſe in primis conſecraſſe. Amore fuiſſe incenſum cujuſdam mulieris Comitiſſæ Banchi, cui nomen erat Virginia, cujus in gratiam multa paraverat. Dignum præterea, qui ampliſſimos dignitatis gradus in regione adipiſceretur. Uxorem tandem duxiſſe, ex qua plures ſuſceperat infantes, nec quicquam ejus ſtudiis & deſiderio tùm alios tùm ſe ipſum inſtruendi deceſſiſſe, quamvis undidique curarum atque occupationum premeretur mole.

Quod ad cenſuram attinet, qua illos perſtrinxit authores, qui ante eum ſcripſerunt, Philoſophica nimis

nimis eſt, atque multa damnat, quæ commodè ſatis defendi poſſent.

Theſes poſtea de re ſymbolica edi curavit P. HORATIUS MONTALDE eloquentiæ Profeſſor Mediolanenſis ſub nomine Cæſaris Cottæ diſcipuli ſui, in quibus oppugnare contendit opiniones Herculis Taſſi. Quare is impulſus eſt, ut illi ſcriptum aliquod opponeret, quod hujuſmodi fert titulum, *Riſpoſte di Hercole Taſſo alle aſſertioni del molto Reverendo Padre Horatio Montaldo Gieſuita contra il trattato ſuo delle impreſe, ſtampate e publicate in Milano ſotto nome di Ceſare Cotta.*

Hinc ſecundam ſuarum theſium editionem fecit Pater Montalde, in quibus quædam immutaverat. Verum neque id impune fecit, quippe cauſam Taſſi in ſe recepit JOHANNES BAPTISTA PERSONE Philoſophus & Medicus, atque aliud ſcriptum publicavit contra iteratas ejus Theſes, cui præfigebat talem titulum: *Oſſervattioni del Signor Giovan Baptiſta Perſonè Filoſofo Medico di trenta ſette errori in ſole dieci otto delle ſeconde corrette aſſertioni del Padre Horatio Montaldo.* In quo ſuper regulis ſymbolorum cum eo multum contendit.

Factum quoque eſt, cum Rex Ludovicus XIII. matrimonio jungeretur cum Anna Auſtriaca infanta Hiſpaniæ, ut luſus equeſtris curuliſque celebris inſtitueretur ante regiam, ubi clypei propugnatorum & oppugnatorum pluribus inſigniti erant Symbolis. Quorum cum FRANCISCUS d'AMBOISE (*) Liber Batro Carnutenſis quædam notaſſet in illa celebritate regulis minus congruentia, rogatus eſt ut tractatu quodam eorum naturam dilucidius oſtenderet, eoque palam faceret, qua ratione Symbola bona à non bonis rectè diſcerni poſſent. Quod etiam libenter in ſe ſuſcepit, verùm cùm morte intercedente



(*) *Baron de la Chartre ſur Loire.*

te impediretur, quo minus eum orbi literario communicaret, filius ejus Adrianus d'Amboiſe id fecit Anno 1620. Regique obtulit.

Hoc in opere poſteaquam verba ſuccinctè fecerat de Hieroglyphicis, Sententiis, Emblematis, gentilitiiſque inſignibus, regulàs illas ſymbolorum recenſet, quæ à Paulo Jovio traditæ ſunt. Eas ſequuntur plurimorum Symbolorum exempla, quæ tantum verbis conſtant abſque ulla figura. His ſubjungit ſymbolum Pythagoræ, clamores quorundam bellicos, Proverbia Hiſpanica, Symbola, quæ conſtant tantum figuris ſine ullo lemmate, clandeſtinaſque figuras *rebus* dictas. Porro inquirit in figurarum numerum, quæque potiſſimum ſint eligendæ. Refutat Ruſcellium, quod tam arctè adhæreat regulis Pauli Jovii, multaque ſymbolorum exempla profert, ubi in picturam ingreditur forma humana, quod ille ſecus fieri debere cenſet. Poſt longum demum verborum circuitum, innumeraque ſymbolorum exempla, quorum pauciſſima regulis concinunt, adducta, ad tria genera reducit picturas, ad res naturales, artificiales & fortuitas. Adjicit etiam, ſe eſſe primum, qui lingua gallica hac de re ſcripſit, eumque tractatum compoſuiſſe in vivario & (*) Hortis Foſſati Bagaudarum, à quibus villa Hemerii non procul diſtabat.

Anno 1621. in vulgus emiſerat D. PAUL. ARESIUS Mediolanenſis aſſecla Congregationis Clericorum Canonicorum tres libros Sermonum Sacrorum Symbolis ornatorum titulo *Impreſe Sacre*, quibus eodem tempore adjiciebat tractatum, in quo diſertè dicit, ſe hactenus nihil firmi limatique in ea re inveniſſe, nec quicquam accuratè eſſe ſtatutum de regulis ſymbolorum, unde ſuarum partium duxit rigidius paulo myſteria hujus artis ſcrutari, ut regulas certas traderet maximamque partem Symbolorum ſuorum ad debitam formam concinnatam eſſe, evinceret.

(*) *Les Iardins de S. Maur de Foſſez.*

ret. Conſtat autem ejus opus viginti tribus capitibus quorum

*Primum agit de nomine Symboli.*

*Secundum de Origine & antiquitate Symbolorum.*

*Tertium, An Symbolorum poſſit conſtitui diſciplina.*

*Quartum, de Ordine & methodo, qua ſymbola ſunt tractanda.*

*Quintum, An Symbolum neceſſario debeat componi ex figuris & verbis.*

*Sextum, An figura poſſit dici ſymboli corpus, verbaque ejus anima.*

*Septimum, quænam ſit ea forma, qua ſymbolum conſtituatur perfectum.*

*Octavum, Num alias figuras Symbolum non recipiat præter naturales & artificiales.*

*Nonum, An figuræ humanæ in ſymbolis ſit locus.*

*Decimum, An partes humani corporis in illis aſſumere liceat.*

*Decimum primum, An excludenda ſit figura, quæ non ſit ſatis nota, vel colorem exigat, vel viſu non ſit jucunda.*

*Decimum ſecundum, An ſit figurarum certus numerus.*

*Decimum tertium, de conditionibus eſſentialibus.*

*Decimum quartum, An ſymbolorum ſignificatio nitatur ſimilitudine.*

*Decimum quintum, An æque poſſint componi ſymbola pro aliis atque pro ſe ipſo, & an vera ſint ſymbola, quæ vel in alicujus laudem vel ignomiam excogitantur.*

*Decimum ſextum, An ſymbolum neceßario debeat reſpicere futurum, nunquam verò præſentia & præterita.*

*Decimum ſeptimum, Qualis debeat eſſe cogitatio, quæ per Symbolum efferenda.*

*Decimum octavum, qua ratione ſymbolum conſilia noſtra debeat exprimere.*

*Decimum nonum, de fine ſymbolorum eorumque cauſa efficiente.*

*Vigeſimum, à qua categoria reducendum ſymbolum.*

*Vigeſimum primum, quæ ſit differentia inter Hieroglyphica, Emblemata, numiſmata, notas & ſymbola.*

*Vigeſimum ſecundum, de ſymboli definitione.*

*Vigeſimum tertium examini ſubjicit eam definitionem.*

*Vigeſimum quartum complectitur regulas de figuris, quæ obſervandæ ſunt ad rite conſtituendum aliquod ſymbolum.*

*Vigeſimum quintum agit de regulis lemmatis.*

*Vigeſimum ſextum de regulis, quæ ſymboli concernunt ſenſum.*

*Vigeſimo ſeptimo examinat, quare alia aliis ſint perfectiora, quamvis rectè habeant & ad regulas benè concinnata.*

Quod opus ſine controverſia ex eruditiſſimis eſt eorum, quæ de hac re unquam ſunt conſcripta. Nomen tamen ejus, licet magna eruditione, methodo ſingulari, ingenii acumine, & peculiaribus quibuſdam in hanc artem notis ſcateat, tanta in gratia non fuit

fuit quàm quidem aliorum, qui tot ingenii dotibus opera ſua non reddidere conſpicua. Quod fortean idcirco factum, quia ſtylo uſus eſt perquam duro & nimis Philoſophico, objectioneſque ad modum ſcholaſticum videtur reſolvere. Parcus præterea eſt exemplorum, quibus tamen magis opus eſt in tradendis artis alicujus regulis, quam acutis ratiociniis, quibus capiendis totus mundus vix capax eſt, uti ſunt ejus imagines rerum, quæ notis eas reddunt ſenſibles & actu exhibent.

Biennio pòſt elapſo magnum Tractatum de Symbolis publicavit Abbas Ferro hoc nomine *Theatro delle impréſe*, Theatrum Symbolorum. Is in duas diſpertitus eſt partes, quarum prior agit de arte Symbolica, poſterior continet ſymbolorum collectionem ordine alphabetico conſtructam, figurarumque, quæ in ſymbolis conſtituendis picturarum loco ſint adhibendæ.

Qui cùm quibuſdam in locis ſententiam Areſii oppugnaſſet, Symbolorumque ejus nonnulla improbaſſet, acſi ad debitam formam non fuiſſent formata, naturæque legibus minus accederent, defendendi conſilium cepit ille doctus Canonicus, qui ad Epiſcopatum jam erat evectus, exiguo quodam tractatu, quem inſcribebat Pennam reſectam, *la Penna riaffilata*. In quo ea conſtantiſſimè defendebat, quæ in arte Symbolica ſua tradiderat, eaque à crimine purgabat Symbola, quæ Abbas Ferro videbatur damnare. Idem cùm ſermones ſuos in ſymbola Sacra Anno 1629. recudi curaret, tractatum ſuum de arte Symbolorum præfixit hac inſcriptione, *Delle Impreſe Sacre di Monſignor Paolo Areſi Chierico regolare e Veſcovo di Tortona libro primo in cui ſi dichiara la vera natura delle impreſe, & ſi danno regole per formarle non ſolo buone ma perfettiſſime.* Quæ in defenſionem ſuam ſcripſerat in opuſculo

*la*

*la Penna riaffilata*, per totum hoc opus diſtribuebat, additioneſque addebat viginti capitibus e. g. 2. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 13. 15. 16. 17. 18. 20. 21. 22. 24. 26. & 27. illiſque additionibus à quovis capite ſecretis, cuilibet harum peculiarem hunc præfigebat titulum: *Aggiuntione fatta dell Autore.*

Quibuſdam capitibus addidit duas, aliis tres & quatuor, vigeſimoque ſexto quinque. Eas autem duplicem ab rationem eſſe adjectas dilucide declarat in prima, primò ut magis rerum veritatem ſtabiliret, quas in primo ſuo opere in medium attulerat; ſecundo ut lectoris animum relaxaret novis Symbolorum exemplis, quibus præcepta data forent magis obvia.

Et quod ad iſtas controverſias attinet, quæ inter hos duos eruditiſſimos intercedebant viros, certum habeas, eas tàm honeſta & humana ratione fuiſſe inchoatas, ut indignum hic nihil tantorum virorum perſonis judicaveris.

Speciminis loco adjiciendum puto, quod (*) Epiſcopus Dertonenſis de Abbate Ferro in additione ſua prima ſcripſit. *L'Abbate Gio. Ferro Autore fra gli ſcrittori di queſta materia ultimo ſolo di tempo, poiche e per ingegno e per dottrina, e per diligenza merita ſenza dubbio de primi luoghi, e noi confeſſiamo di havergli molto obbligo, in prima perche fa ſovente di noi mentione, e più di quello che meritamo, honorata. Appreſſo, perche non laſcia di opporciſi liberamente in quello che ſtima havere noi deviato dal vero, dandoci in queſta guiſa occaſione, o di ſpiegarci più chiaramente, o di meglio ſtabilire le noſtre opinioni, o di conoſcere i noſtri error.* Eadem deinceps mente ſe operis ſui in his additamentis defenſionem ſuſcepiſſe declarat. At, ut uſu venire ſolet in omnibus ferè diſputationibus, ut ingenia efferveſcant, acerbiuſque ſe ſenſim incipiant tractare; ita & hic demum factum eſt. Etenim minus

(*) *L'Eveque de Tortone.*

nus ferre potuit has additiones Epiſcopi Dertonenſis Abbas Ferro, titulumque *Penna riaffilata*, quin ſtatim alium iis opponeret tractatum ſub titulo *Ombre apparenti*, in quo non ea tantum ſuſtinebat, quæ contra Areſium in Theatro Symbolorum ſcripſerat; verùm omnia etiam ea ſymbola Sacra, quæ iſte Antiſtes publicaverat, ad rationis normam revocavit. Qua ratione factum eſt, ut & ille in defenſionis ſuæ rationem integrum volumen conſcribere adactus ſit, cui nomen indidit agminis ultimi, ſeptimumque volumen Symbolorum Sacrorum eo adfecto conſtituit hoc titulo: *La Retroguardia libro ſettimo delle Sacre Impreſe di Monſignor Areſi Chierico Regolare e Veſcovo di Tortona, in cui ſe ſteſſo difendendo l'Autore, non pochi luoghi delle divine lettere ſi eſpongono, e di tutta l'Arte o ſcienza Impreſiſtica e latiſſimamente ſi tratta.* In eo à ſexaginta duabus accuſationibus ſe defendit contra Ferrum, quem licet ubique fere amici nomine appellet, non parum tamen in quibuſdam locis apparet acerbitatis, & quamvis cætero quin doctè ſatis is liber ſit ſcriptus, abundat tamen immane quantis nugamentis cavillationibuſque invidiæ plenis. Tandem eò contentionis perventum eſt, ut præter diverſos libros, quos alter contra alterum ediderat, ſe etiam Symbolis oppugnarent, quæ res cùm malè haberet eorum amicos, quod hujuſmodi jurgiis viderent tantos viros involutos, aſſiduam navarunt operam controverſias ſopiendi illoſque conciliandi. Hinc duos eccleſiaſtas repræſentabat Areſius ante ſuum *Retroguardio*, quorum alter arcum rumpebat & ſagittas, alter ſcuta cremabat, his verbis Pſalmiſtæ, ARCUM CONTERET ET CONFRINGET, ARMA ET SCUTA COMBURET IGNI. Eodem in Tractatu adverſus duos alios ſe defendebat

Areſius, quorum alius ſcripſerat artem Symbolorum, alius de Rhetorica & Hiſtoria, uterque autem quaidam ejus opiniones perſtrinxerat. Illi erant P. SILVESTER PETRASANCTA & AUGUSTINUS MUSCARDI. Quibus tamen non niſi duobus capitibus reſpondere conſtituit, quorum primum inſcribitur, *Ricercata breve ſopra del Libro del Padre Silveſtro Petraſancta* de Symbolis Heroicis, *per quanto fa al propoſito della noſtra Retroguardia.*

Tractatus autem Ferri abſolvitur triginta quinque capitibus.

*Primo agit de nomine Symboli.*

*Secundo, de ejus definitione.*

*Tertio, de ejus origine.*

*Quarto, de ejus generibus.*

*Quinto, de cauſis, quæ ad Symbolum quoddam conſtituendum concurrunt.*

*Sexto, de modo Symbolorum, & de figuris, quæ eorum conſtituunt corpora.*

*Septimo, An figuræ humanæ in illis locus ſit.*

*Octavo, de numero figurarum.*

*Nono, de qualitatibus, proprietatibus & uſu corporum.*

*Decimo, An coloribus opus ſit in ſymbolis.*

*Decimo primo, de neceſſitate lemmatis.*

*Decimo ſecundo, de natura & officio lemmatis in ſymbolis.*

*Decimo tertio, qua lingua lemma ſit concipiendum.*

*Decimo quarto, de lemmatis qualitatibus, temporibus, caſibus, numero & perſona, quibus nomina & verba debent conſtitui.*

*Decimo quinto, de ratione inveniendi lemmata.*

*Deci-*

*Decimo ſexto, de numero verborum, & an ex quodam Authore ea liceat petere.*

*Decimo ſeptimo, de conditionibus lemmatis.*

*Decimo octavo, quod ſimilitudo & comparatio in ſymbolis ſit neceſſaria.*

*Decimo nono, quod ſimilitudo vel comparatio ſit anima Symboli.*

*Vigeſimo, de ſignificatione ſymboli.*

*Vigeſimo primo, de fine ſymboli.*

*Vigeſimo ſecundo, de analogia ſymboli Academici cum Academico.*

*Vigeſimo tertio, an ſymbolum liceat mutare.*

*Vigeſimo quarto, de objecto ſymboli.*

*Vigeſimo quinto, an Allegoriæ in ſymbolis admittendæ.*

*Vigeſimo ſexto, de perſona, in cujus gratiam aliquod ſymbolum componitur.*

*Vigeſimo ſeptimo, quibuſnam jure liceat uti ſymbolis.*

*Vigeſimo Octavo, unde ſymbola ſumenda ſint, eorumque lemmata.*

*Vigeſimo nono, Num ſatius ſit nova ſymbola cudere, an ea denuo concinnare, quæ jam ſunt compoſita.*

*Trigeſimo, quænam ſint ſymbolorum maximè egregia, eane quæ ex naturalibns an artificialibus corporibus habeant picturas.*

*Trigeſimo primo, qua ratione nomen Academicum componendum ex eo Symbolo, quod aſcitum eſt.*

*Trigeſimo ſecundo, Ubinam locorum ſymbola ſint repræſentanda.*

*Trigeſimo tertio, de Regulis ſymboli.*

*Trige-*

*Trigeſimo quarto, de ejus vitiis.*

*Tandemque trigeſimo quinto finis imponitur tot operi.*

Libro ſecundo novem capitibus tractat de Emblematis, fabulis, Apologis, titulis, habitu, inſignibus gentilitiis, figuris galeis impoſitis, Hieroglyphicis, numiſmatibus & clandeſtinis notis.

Idem initio hujus Theatri Symbolorum nobis depingit genium decem virorum, qui de hac materia ſcripſerunt, ut ſunt Paulus Jovius, Ruſcellius, Contile, Bargalius, uterque Taſſus, Capacius, Taëgius, Ammiratus, & Areſius. Opus ſuum dicabat Purpurato Patri Maphæo Barberino, qui poſtea in ſedem Apoſtolicam evectus Urbani VIII. nomen geſſit, in cujus honorem ſedecim egregia compoſuerat Symbola. Multa præterea ſunt in hoc tractatu inutilia, majoremque operam impendit præcedentibus Authoribus refellendis, quàm artis principiis ſtabiliendis, methodoque præſcribendæ, qua facilè ſymbola adornari poſſent.

Sub idem fermè tempus excellentiſſima concinnavit Symbola Dom. DE BOISSIERE (*) Occitanus nobili genere natus & in connubii felix auſpicium illuſtriſſimæ fœminæ Chriſtinæ Gallicæ cum Principe Pedemontium Victore Amedæo, pòſt Duce Sabaudiæ; & in equeſtrem ad trajiciendum annulum curſum, qui celebratus eſt Tholoſæ Anno 1619. & in ſaltationem quatuor tempeſtatum Anno 1624. & in talem noctu habitam Anno 1624. & in perſonatorum hominum choros, ſub inconſtantiæ titulo Anno 1664. Quidam ex Amicis ejus haud vulgaribus ea collecta Academiæ Gallicæ inſcribebat, exiguo tractatu annexo ejuſdem Autoris de regulis Symboli. Præfixa erat opuſculo huic epiſtola D. Servientii ad D. Chapellanium, qua teſtimonium perhibet D. de Boiſſiere ſymboli illius eſſe auto-

(*) *De Languedoc.*

rem, quod in quendam præcipitem aquæ lapſum ctum erat hac epigraphe, DE MI CAYDA MI CANOR, idque in gratiam Reginæ Mariæ de Medicis.

Complures jam annos in Germania inferiori verſaus erat SYLVESTER PETRASANCTA Romaus è Societ. Jeſ. cum illuſtriſſ. Petro Aloyſio Caraa ſedis Apoſtolicæ Legato, pòſt in purpuratorum umerum aſcito, cùm ubique ferè in Collegiis iſtius egionis ſymbolorum uſum ſine ulla hominum ſolila cognitione animadverteret introductum. Quae motus tractatum de ejus regulis conſcribere ggreſſus eſt eo tempore, cum habitaculum ſibi fixeat Leodii, qui etiam impreſſus eſt Antverpiæ Ano 1634. ſub hoc titulo: *De Symbolis Heroicis Libri V. Authore Silveſtro Petraſancta Romano è Societate* JESU. Primo libro quædam communibus calculis probata collegit ſymbola, quæ quinque capitibus raduntur, quorum primum continet ſymbola Divoum; ſecundum Pontificum quorundam & Præſulum; tertium Cæſarum, Regum & Principum; quartum eruditorum quorundam hominum & quintum nonnullarum fœminarum. Secundo libro agit de veterum nimiſmatis. Tertio de annulis eorumque notis. Quarto de notis clandeſtinis, quæ *rebus* dicuntur. Quinto de Emblemate. Cæteri qui ſequuntur, nil præter regulas hujus artis complectuntur.

Anno 1645. tractatum quoque emiſit de arte Symbolorum HENRICUS STEPHANUS * Dominus de Foſſato Bagaudarum, Græcæ & Latinæ linguæ Regius interpres, in quo agit de Hieroglyphicis, Symbolis, Emblematis, Ænigmatis, Sententiis, Parabolis, Numiſmatis, Inſignibus, Scutis gentilitiis, Galeæ figuris, & notis clandeſtinis, cui adjunxit opuſculum de argutiis facetiarum plenis. Verùm invenies plus gerere hunc librum in fronte, quàm habere in receſſu. Cæterum in decem capita digeſtus eſt, quorum



* *Sieur des Foſſez.*

*Primo agit de Hieroglyphicis.*
*Secundo de Symbolis.*
*Tertio de Ænigmatibus.*
*Quarto de Emblematis.*
*Quinto de Parabola & Apologis.*
*Sexto de Symbolis Heroicis.*

Abſolvitur horum quodvis una vel altera pagina, ubi tamen vix quicquam ad rem præſentem.

*Septimo de Etymologia & definitione ſymbolorum.*
*Octavo de excellentia & utilitate eorum.*
*Nono de eorundem origine & antiquitate.*
*Decimo de regulis ſymbolorum.*

In quo ultimo tàm amplus eſt, ut duplo plures impleverit in hoc uno paginas, quàm in cæteris omnibus. In plures enim partes eum diſſecuit, quarum primam dicat examini ſententiæ Pauli Jovii, ſecundam Hieronymi Ruſcellii; tertiam peculiaris ejuſdem opinionis de verbis; quartam ſententiæ Scipionis Amirati de Symbolis; Quintam Bargalii; ſexta agit de cauſis principalibus, quæ ſymbolum componunt; Septimâ notas tradit ſymbolorum ex natura & arte deſumtorum; Octava tractat de lemmatis; Nona ſcrutatur, qua lingua ea debeant concipi; Decima unde ſymbola petenda; Undecima, quæ potiora ſint habenda, eane quæ ex natura, an quæ ex arte deducuntur. In præfatione apertè prædicat, ſe ſymbolorum conficiendorum primas regulas acceptas ferre ROBERTO STEPHANO Patruo ſuo, quorum haud exiguam partem in juventutis flore dicit compoſuiſſe.

Neque ita multò poſt cùm in faſciculum collegiſſet P. PETRUS LE MOINE ex Societate Jeſu quædam Symbola Heroica & Moralia, quibus explicationis cauſa breves ſubjungebat diſſertatiunculas ad artem regnandi potiſſimum ſpectantes, ubi qualitatibus ac effectibus Solis perfectam Monarchæ vel

Prin-

Principis depingebat imaginem; de Symbolis tractatum meditatus eſt rogatu Dom. Haberti de Montmor ſupplicum libellorum magiſtri, quem etiam edidit A. 1666. Is in quinque ab eo diſpertitus eſt libros. Primus tractat de origine & dignitate rei ſymbolicæ; ſecundus de ejus natura, differentiis, ſubjectis & ſpeciebus; tertius de figura, quæ corporis inſtar eſt ac materiæ; quartus de lemmate, quod quaſi ſpiritus eſt corporis, formaque materiæ; quintus de qualitatibus, quibus gaudere oportet ſymbolum omni ex parte perfectum. Et uti omnia hujus Patris opera, ſic & hoc multum habet ingenii. Dolendum autem, quod ſcribendi ratio ei tam peculiaris ſit atque tot figuris ſcatens, ut nihil non à nativa concinnitate nimium quantum abeat. Ad amuſſim ferè omnia ejus ſymbola ſunt concinnata, multumque acuminis & bellam imaginandi vim præ ſe ferunt, idque in genere notandum, eum plus valuiſſe in ſymbolis excogitandis, quàm regulis hujus artis exactè tradendis. Vix ulli ſcribendi generi minus aptus eſt ejus ſtylus, quàm rerum doctrinis ferendis, quippe acumina nimium affectat, metaphoraſque longiſſimè petitas ac valdè coactas adhibet.

Hactenus, qui artem ſymbolicam ex profeſſo tractare conati ſunt, ſequuntur alii, iique non pauci, qui aliis occupati ejus duntaxat mentionem injecerunt, occaſioneque data peculiaria quædam ſymbola expenderunt. Hinc cùm aliquando pinum ſibi elegiſſet quidam Allemanus pro ſymbolo Anno 1560, atque Conſtantium Landum Comitem de Compiano conſuluiſſet, quale lemma huic arbori inſigniter conveniret, ut inſignium uſum præſtaret, factum eſt, ut is Comes brevem conſcripſerit epiſtolica forma tractatulum, in quo naturam ſymbolorum explicat ſub hoc titulo, *Lettera dell' illuſtre* S. *Conſtanzo Landi Conte de Compiano ſopra una impreſa d'un*

 *Pino*

*Pino con i motti poſtovi, e con la dichiaratione di tutta la natura del Pino.*

Anno 1569 prolixam valde ac inſulſam publicavit orationem CÆSAR TREVISANUS dialogica forma in ſymbolum quoddam abſurdum, quod ipſe confuerat. Titulus hujus libri Genuæ editi ita habet: *la Impreſa di M. Ceſare Treviſani amplamente da lui ſteſſo dichiarata.*

Anno 1595. tres dialogos emiſit FELIX MILENSIUS ex ordine S. Auguſtini in ſymbolum Patris purpurati de Montelparo, cujus pictura erat elephas in monte conſtitutus, ac turri onuſtus, cui inſcripta erant tria T. Hoc ineptum ſymbolum tribus dialogis ab eo explicatur, in quibus tantum funduntur ſoni inanes de natura elephantis & montium, applicationeſque fiunt multifariæ ac abſurdæ ad literam T. De Symbolis etiam pro occaſione loquitur, at tam ineptè, ut nullam eorum planè habuiſſe cognitionem ipſe ſe prodat.

Congregavit etiam Academia Sinenſis Symbola Alcibiadis Lucarini hac inſcriptione, *Impreſe dell' Officioſo Academico Intronato, raccolta da lo* Sco*noſciuto Academico Unito*, in cujus operis præfatione ſex ſymbolorum regulas tradidit ad mentem Scipionis Bargalii, quem nuncupat *le Schieto*, quod illius nomen Academicum eſt.

Prima eſt, ut comparatio, quæ in ſymbolis ad noſtra conſilia & propoſita exhibenda adhibetur, corpore nitatur reali & vero, vel quod ſaltem ita putatur; demtis quibuſvis fabuloſis, aut hiſtoricis, eventibuſque peculiaribus. Quamvis ſecus ſentiant multi alii, eorumque haud poſtremus Julius Cæſar Capatius in Tractat. de Symbolis, cap. 19.

Secunda, ut corpora & figuræ, quæ ſymbolum ingrediuntur, deſumantur ex rebus honeſtis, & quæ nec oculis nec phantaſiæ ullum vel minimum pa-

riant faſtidium. Ubi tamen nil intereſſe cenſet, undecunque demum trahantur, ſive à rebus naturalibus, ſive arte factis. Quod autem ad figuram humanam, eam protinus hinc ablegat haud obſtantibus rationibus, quas in contrariam partem adducunt Ruſcellius & Capatius, alter in primo libro de illuſtribus ſymbolis cap. 4. alter in primo libro cap. 23. Brachium hic quoque admittitur vel manus tanquam adjumenta ad figuras fulciendum, quanto magis ad ſymbolum ipſum adaptandum.

Tertia, ne proprietates comparationis, cui ſymbolum ſuperſtruitur, difficiles ſint intellectu, eruditorumque nimis torqueant ingenium. Excipit tamen inde quædam inſtrumenta, machinaſque mathematicas, quorum uſus tàm probè cognitus, ut in ſymbola haud difficulter admitti poſſint. Pari ratione ferenda cenſet ſymbola, quæ longè ſunt petita abſtruſioriſque naturæ, ſicubi adhibentur in Academiis, ubi nonniſi eruditis acutiſque rerum cenſoribus datur aditus, cùm cæteroquin in cenſum nequaquam venire queant.

Quarta, ut ea comparationis proprietas exponatur verbis brevibus, propriis, acutis, eleganterque compoſitis, per proſopopœiam, ut inſigniter propoſitum ejus eluceat, qui vel ſibi ipſi vel in gratiam alius ſymbolum aliquod formavit, adhibita tamen ea cautione ne verba poſſint dici ſymboli anima, ſed proprietatem duntaxat exprimentia, qua in re equidem non dubitat contraire Dominico.

Quinta, ne verba proprietatem exprimentia tàm clare concipiantur, ut cuivis generi hominum etiam hebetioribus ingeniis extemplo pateant, aut tantæ obſcuritati involvantur, ut ſine Sibylla ſenſus erui nequeat. Gemina cautione opus eſſe vult, ne verba exprimant figuras, aut tale quid, quod in pictura ſymboli dilucide & diſtincte exhibetur.

Ultima tandem eſt, ne quid figuris ſymbolorum adjiciatur, quod impedire poſsit, quò minus ejus

 corpus

corpus probe diſtinguatur, cujus generis ſunt tractus amænâ ad aſpectum locorum varietate diſtincti, ornamenta Architectonica & ſimilia, quorum aſpectu dubium exiſtere poſſet, quænam figura præcipue ſpectaretur, licet ea non omni ornamentorum genere privanda eſſe ſtatuat, cujuſmodi ſunt coronæ, flores, arborum frondes, lauri folia, aliaque hujus generis plura, quæ ad ſymbolorum ſpatium exornandum non parum faciunt. Nec quicquam intereſſe putat ubicunque locorum lemma conſtituatur ſive columnis ſpiralibus, ſive ad marginem, ſive in tituli frontiſpicio.

Adjecit etiam luſibus ſuis ingenii, quos in animi relaxationem lucubrantibus ediderat, quendam de ſymbolis MATERIALIS INTRONATUS Academicus Senenſis, in quo duarum paginarum ſpatio de ſymbolorum natura agit. Is autem numero eſt centeſimus decimus quintus.

Extat quoque in Dialogis STEPHANI GUATII * Nobilis Bodincomagenſis, quidam de ſymbolis, in quo ſermocinantes ſunt Cæſar † Nemoſienſis & Hannibal Magnocavallius. Non eſt autem tàm prolixus, ut multa hic de ſymbolis diſſeri potuiſſent. Totus fermè in eo occupatur, ut de Paulo Jovio & Ruſcellio verba faciat, quorum poſtremo vitio vertit, quod ſententiam prioris improbaſſet. Quod autem ad ſymbola cum primis pertinet, aliud hic nihil indagare eum invenies, quàm an liceat lemma vocare ſymboli animam, & num figuræ humanæ ullus in illis ſit locus. Hiſce ſubjungit duas vel tres regulas Pauli Jovii, finemque poſtea imponit dialogo tribus Symbolis expenſis.

THOMAS GARZONIUS edidit opus aliquod ſub titulo, *la Piazza univerſale di tutte le profeſſioni del mondo*, in quo caput unum habet de ſymbolis.

Men-

* *Gentilhomme de Caſal de Montferrat.*
† *de Nemours.*

Mentionem etiam eorum facit obiter PETRUS GRITIUS in dialogo ſuo de gentilitiis inſignibus, quem inſcripſit *Caſtiglione.*

Anno 1600 tractatum Hiſpanicum curavit imprimi de emblematis moralibus D. JOHANNES DE ORASCO ET COVARRUVIAS, ubi in tranſcurſu & occaſione data quædam addidit de ſymbolis. Agit quidem pluribus in capitibus de Emblematis, Symbolis, Notis, Habitibus, Gentilitiis Inſignibus, Hieroglyphicis, aliiſque doctis imaginibus; verùm non eſt ſatis accurata, quam eorum tradit, diſtinctio. Transfert ſtatim ab initio ſermonem ſuum ad fabulas veterum Deorum, quorum ſymbola capite 15, 16, & 17. recenſet. Symbolorum autem doctrinam decem ſequentibus tradit regulis.

*Prima, ut juſta ſit proportio inter figuram & lemma.*

*Secunda, ut Symbolum ſit nec nimis clarum, nec nimis obſcurum.*

*Tertia, ut jucunditatem pariat oculis.*

*Quarta, ut figura humana non adhibeatur.*

*Quinta, ut habeat lemma.*

*Sexta, ut conſilium ejus qui Symbolum accipit, ſit honeſtum.*

*Septima, ne facetiis præbeat occaſionem.*

*Octava, ut paucis conſtet figuris.*

*Nona, ut res repræſentet gerendas, non geſtas.*

*Decima, ne ab alio aſſumatur ſymbolum.*

*Capite* 18. *trifariam docet emblemata & ſymbola convenire, cùm octo eorundem ſtatuat differentias.*

Quæ partis primæ adhuc reſtant, nihil aliud continent præter veterum Hieroglyphica.

Secunda & tertia parte quædam emblemata col-

legit, quorum tamen non nulla potiore jure ſymbola vocari poſſent, ut ſunt

Fax incenſa & ad dimidiam ſui partem inclinata hac epigraphe, VIRES INCLINATA RESUMO.

Arbor Florida, DABIT FRUCTUM IN TEMPORE SUO.

Vitis jugata ſuper multis arborum truncis, qui ipſi ſtatuminis loco ſunt. UNIUS COMPENDIUM MULTORUM DISPENDIUM.

Moletrina cujus molas verſat ventus, QUAL MAS QUAL MENOS, Quò plus, eò minus.

Cuilibet autem Symbolo ſubjiciuntur verſus & diſſertationes quædam explicationis cauſa.

Cùm eodem anno Academiam ſub nomine *Ricouratorum* Patavii fundaſſet Abbas FRIDERICUS CORNARUS Venetus, orationem habuit quidam Academicorum Johannes Bellonius ſuper hujus Academiæ Symbolo, cujus corpus erat antrum Najadum bipatenti aditu, quod ab Homero deſcriptum eſt XIII. Odyſſ. cum hoc lemmate, BIPATENS ANIMIS ASYLUM. Eadem poſt annum prelo ſubjecta eſt, verum eodem obſcuritatis vitio laborat, quo Symbolum ipſum.

Tempore brevi interjecto contra hanc calamum ſtrinxit RUDOLPHUS MOJECHINUS PIUS, orationemque publicavit, quam inſcribebat, Dubia propoſita Dominis Academicis Patavienſibus. *Dubbi propoſti da Ridolfo Mojeſchino Pio alli Signori Academici Ricourati di Padoa per occaſione della impreſa loro, che è l'antro delle Ninfe Naiadi di Homero.* In quarum utraque quinque vel ſex plagularum ſpatio tractatur de natura Symbolorum, eorumque qualitatibus.

Symbolum id tantum eſſe, contendit Bellonius, quod conſiſtit *di corpo bello*, *di grande ſpirito*, *vaga agli ochi*, *allamente miſterioſa.*

Titulus ejus orationis ita habet, *Diſcorſo intorno*

*ali'*

*all' antro delle Ninfe Naïadi di Homero impreſa degli Academici Ricourati di Padoüa di Gioüanni Belloni detto il Pelegrino, Canonico, è Lettore delle Morali nello ſtudio di eſſa citta.*

Anno 1603 PAMPHILIUS LANDUS Sinenſis Rector Academ. Partheniæ Rom. in lucem dabat orationem, quam habuerat in explicationem ſymboli illius Academiæ hoc nomine, *Dichiaratione dell' impreſa dell' Academia Parthenia.* Multa in ea tradit, quæ concernunt artem ſymbolorum. Corporis qualitates exigit quatuor, veritatem, ſimplicitatem, nobilitatem & proportionem; lemmatis tres, brevitatem, verborum delectum & convenientiam cum proprietate figuræ.

Eodem anno in unum volumen redegit JOHANNES BAPTISTA PICCAGLIA tractatus tres in explicationem eorum ſymbolorum, quibus tres conditæ Academiæ in tribus Jeſuitarum collegiis, Romæ, Neapoli & Mediolani fuerant honoratæ.

Primum id ipſum erat, quod Academiæ Romanæ expoſuerat Pamphilius Landus, cujus figura erat magnes, qui annulos ferreos ad ſe alliciebat, eorumque alios aliis ea, quam illis impertiebat, virtute conjungebat, hoc lemmate, ARCANIS NODIS.

Secundum erat Academiæ Neapolitanæ, cujus corpus erat planta viticis, quæ ſerpentes abigit his verbis græcis ΒΛΑΒΕΡΩΤΕΡΟΝ ΔΙΩΚΕΙ *Nocentiorem fugat.* Hæc explicatio præfert nomen Hieronymi Raymondi Academiæ Principis.

Tertium erat Academiæ Mediolanenſis, ubi depictus erat grex cervorum, qui flumen tranant, alio alius dorſo caput ſuum imponente, atque per vices primum locum obeunte; hac epigraphe; DANT ANIMOS VICES. Cujus enucleatio adſcribitur Fabricio Viſcontio.

Guido Casonius autor fuerat Symboli A-
cademicorum Tarviſienſium, qui vocantur Perſe-
verantes, pro ſchemate conſtituens ædificium d
midia ſui parte extructum integris adhucdum tabu
latis materiaque ad perficiendum cum hujuſmodi
pigraphe:

Tarde ut Sublimius.

Huic ſymbolo quidam ſub fictitio nomine d' A
leardi tractatulum opponebat, quo ad apologiam
ſcribendum Caſonius impulſus eſt, ut objecta eju
dilueret, quæ etiam hac inſcriptione apparuit
*Apologia di Guido Caſoni per l' impreſa de Signor*
*Perſeveranti Academici di Trevigi notata da perſo*
*na ſconoſciuta ſotto ſembianza d' un tale Aleard.*
In qua ad quævis Aleardi objectiones particulatim
dedit reſponſum.

Johannes Andreas Palatius allega
in libro ſuo de ſymbolis quandam Franciſci Lanci
epiſtolam ad Hieronymum Pallantierium in qu
refert eum diſſerere de re Symbolica. *Franceſc*
*Lanci da Fano*, inquit, *in una ſua lettera ſcritta a*
*Signor Girolamo Pallantieri ragiona delle Impreſe*
Quam tamen oculis uſurpare nunquam mihi datum
fuit, nec compertum habeo, an unquam prelo ſub
jecta fuerit.

Anno 1618. diſſertationem habuit de ſymbolo
Academiæ Immaturorum Venetorum Francis
cus Contarinus Nobilis Venetus, quam et-
iam in publicum emiſit hoc titulo: *Diſcorſo inior-*
*no l' impreſa de gli Immaturi da Franceſco Con-*
*tarini.*

Quod idem fecit Rugerus Pescius Aca-
demiæ, quæ Bononiæ erat fundata cognomine No-
ctis, membrum, diſſertationemque de natura Symbo-
lorum habitam evulgavit anno 1624. inſcriptam:
*delle Impreſe diſcorſo del Sonnachioſo hauuto nell'*

*Aca*

*lcademia della Notte di Bologna da Ruggiero eſci.*

HIERONYMUS ALEANDER Academicus Iumoriſta prelo quoque vulgavit tres orationes de ymbolo Humoriſtarum, qui nubem pingebant è ıari ſublatam eamque rorantem ac pluentem adjeis Lucretii verbis, REDIT AGMINE DULCI. Erudite in his orationibus de natura ſymbolorum git, quare tàm ſuperbè ipſi ab illuſtri hac Academia, de qua optimè meritus erat hiſce de ſymbolis ım concinne exaratis orationibus, poſt juſta imenſis Purpurati Patris Franciſci Barberini celebraa parentatum eſt. *Mortuus elatus eſt Academicoım Humoriſtarum humeris, atque in ea Academa, de qua erat optimè meritus Franciſci Cardinas Barberini opera ſumtuque amplìſſimo funere cohoeſtatur.* Titulus ejus libri ita habet: *Sopra l'Impre- de gli Academici Humoriſti diſcorſo di Girolamo Aleandro detta ſteſſa Academia l'Aggirato, da lui tre lettioni publicamente recitato* 1611. Extat etım oratio à GUILIELMO PLATIO de ſymolo *Naſcoſtorum*, uti vocant, Mediolanenſium abita.

Cùm MARINUS BOLITZA Nobilis de Catıro in collegium * nobilium Mutinenſium recipeetur, orationem publicavit Academicam de ſymolis, cui rei occaſionem præbebat ſymbolum, quod erebant Academici iſtius collegii, quod vocatur *Elpomenorum*, cedro florente conſtans cum verbis ei rami Sibyllæ libro 6. Æneid. EX AURO POA. Quo tamen in libro nil præter congeriem reım variarum à variis authoribus, qui de re ſymolica ſcripſerunt, proditarum invenies. Quæ ab eo itantur ſymbolorum exempla, nec ſatis accurata ınt, nec ſatis ingenioſa. Plurima autem petuntur ex

* *College des Nobles à Modene.*

ex P. Hippolito Camillo Dominicano. Liber ejus in-ſcribitur: *Diſcorſa Academico di Marin Bolizza Gen-tilhuomo di Cattaro ſopra l'Impreſe.*

Anno 1639. de origine Academiarum publicarum juxta ac privatarum orationem edidit D. JOHAN-NES BAPTISTA ALBERTI Clericus canonicæ congregationis *Somaſquorum* quæ eſt in Italia. Ea tri-bus abſolvitur partibus, quarum poſtrema nil ni-ſymboli Academicæ Affidatorum Ticinenſium expli-cationem complectitur. Orditur à diverſis authorum de ſymbolo ſententiis, quibus omnibus recenſit inquiſitionem inſtituit, quidnam ſit ſymbolum, quid-ve intercedat inter hoc & emblemata, hierogly-phica, gentilitia inſignia, habitus, figuras, galeæ impoſitas, numiſmata, notas, ſigilla & ſymbo-Heroica. Sapienter notat vocem *Impreſe* eſſe termi-num militarem, qui poſtea ab armis ad Academias translatus eſt. In cæteris autem definitionem Areſi probat, quem omnium Authorum præſtantiſſimum habet, qui de ſymbolis ſcripſerunt; verbiſque facti de Academiis Italicis, ad explicationem accedit ſym-boli Affidatorum, quod contra oppugnantes propu-gnat & pro virili defendit.

Conſcriptum quoque eſt non nihil de Symbolis P. ATHANASIO KIRCHERO in OEdypo ſu-Ægyptiaco, in quo Obeliſcos illos explicat, qui Ro-mæ ſunt erecti ante Eccleſiam S. Petri, & S. Johan-nis Lateran. & eo in loco qui vocatur *del Popolo* cujus initium videre eſt.

Latine de iiſdem emiſit tractatum P. JACOBU-MASENIUS è Soc. Jeſu, qui hocce titulo ornatus eſt *Speculum imaginum veritatis occultæ, exhibens Sym-bola, Emblemata, Hieroglyphica, Ænigmata om-tam materiæ, quam formæ varietate exemplis ſim-ac præceptis illuſtratum. Anno* M.DCL. *quo Roma-nus orbis jubilabat, Authore R. P. Jacobo Maſen*

*ocietate Jeſu.* Speculi nomine illum donavit reſpiciens locum Epiſtolæ ad Corinthios: *Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate.* Præterea omnia hæc perſequitur ſex libris.

*Primo agit de imaginibus in genere.*

*Secundo de imaginum, Iconologia, fabularum veterum & Parabolarum fontibus.*

*Tertio de ſubjectis, quæ has imagines recipiunt, uti ſunt inſignia bellica, clypei, ſaga militaria, ſigilla, annuli, nummiſmata &c.*

*Quarto, de Metaphora, Analogia & comparatione, quæ ſunt imaginum eſſentia.*

*Quinto, de ſymbolis.*

*Sexto, de Emblematis, Hieroglyphicis & Ænigmatibus.*

*Liber quintus, in quo tractat de ſymbolis, complectitur decem capita.*

*Primo inter ſe confundit emblemata & ſymbola, ingenuèque fatetur, ſe neminem eorum authorum, qui hac de re verba fecere, legiſſe præter Areſium, Bargalium & Petramſanctam, quem poſteriorem etiam ſibi eligit ducem ac rectorem.*

*Secundo tractat de ſymboli definitione.*

*Tertio, de materia ſymbolorum moralium & heroicorum.*

*Quarto, de lemmate.*

*Quinto de variis ſymbolorum moralium & heroicorum ſpeciebus.*

Sexto, *ſeptimo, octavo, nono & decimo detegit ſymbolorum fontes, quos ex rerum proportione, oppoſitione, diſſimilitudine & alluſione quam maxime deducit. Multa ex his fontibus ſuppeditat exempla ipſeque*

*que nonnulla facit cujuſvis generis in honorem virginis Matris.*

Altiſſima hoc in opere latet eruditio & ſcientia, multaque hic in compendium ſunt redacta ardua opera, verum non videntur ſatis digeſta, nec omni ex parte diſtinctè ſatis tradita. Interim inficias iri haud poteſt, multum exinde luminis affundi hujuſmodi imaginibus. Symbola & emblemata quæ ſuo more effingit, maximam partem ſunt ingenioſa & regulis ſatis accommodata, quorum quinquaginta ſunt concinnata ſuper gentilitiis inſignibus Fabii Chigii Nuntii Apoſtolici ad pacem Germaniæ, qui dein Pontificiam dignitatem ſuſtinuit ſub nomine Alexand. VII. Quinquaginta in columbam inſignium gentilitiorum Pontificis Innocentii X. paremque numerum in ramum olivæ. Quandoquidem autem quam ſæpiſſime eandem figuram tot ſymbolis adaptare allaboravit, factum eſt ut quædam naturalem amœnitatem penitus perdiderint.

Anno 1654. magnæ molis tractatum emiſit de inventionibus ingenioſis, quæ pertinent ad Eloquenquentiam, Poeſin, Inſcriptiones, Symbola & imagines, Abbas D. EMANUEL THESAURUS illuſtri ac erudita ſtirpe prognatus, Tranſmontanus, cui hujuſmodi nomen indidit. *Il Canocchiale Ariſtotelico, o ſia idea delle argutezze heroïche vulgarmente chiamate Impreſe, e di tutta l'arte ſymbolica & lapidaria, continente ogni genere di figure & inſcrittioni eſpreſſive di arguti, ed ingenioſi concetti, eſſaminata in fonte co' Rettorici precetti del divino Ariſtotele, che comprehendono tuta la Rettorica e pratica elocutione. Del Conte D. Emanuele Theſauro Cavalier Gran Croce de Santi Mauritio & Lazaro.*

Omnem hîc operam ſuam impendit in Metaphoram, quam fontem habet omnium ſententiarum venuſtarum, imaginum, ſymbolorum, emblematum, ænig-

ænigmatum, gentilitiorum inſignium, &c. Inſcribit hoc ſuum opus conſpicilium Ariſtotelis, quia ejus ope omnes argutiarum fontes perinde ac conſpiciliorum ope maculæ Solis deteguntur. Hinc quaſcunque argutiſſimas etiam ſententias ingenioſiſſimaſque imagines ad regularum ab illo Magiſtro traditarum examinat normam, ad earum defectus vitiaque probè dignoſcendum. Tandem opere de elocutione abſoluto tractatum ſuffigit de ſymbolis, quem vocat Ideam ſymboli perfecti. *Idea della perfettiſſima Impreſa.* Primo in definitionem inquirit omnium eorum nominum, quibus ſymbola à quibuſvis eruditis viris linguis variis inſigniuntur, deinceps exempla quærit omnium accuratiſſima, Authorumque ſententias exponit, qui de illis quicquam memoriæ tradiderunt. Totum verò opus unam & triginta continet theſes ſeu propoſitiones, quarum

*Prima, ſymbolum perfectum eſſe metaphoram.*

*Secunda, illud continere metaphoram proportionis.*

*Tertia, & quarta, idem niti ratiocinio poëtico.*

*Quinta, compoſitum eſſe ex corpore & anima.*

*Sexta, Corpus ſymboli debere eſſe verum & reale.*

*Septima, item nobile & concinnum.*

*Octava, corpora naturalia in ſymbolis præferenda artificialibus.*

*Nona, Figuræ humanæ in ſymbolis non eſſe locum.*

*Decima, corpus debere complecti aliquid mirum.*

*Undecima, nec non novum, at cognitum.*

*Duodecima, proprietatem corporis oportere notam eſſe ac aliquam actionem præ ſe ferre.*

*Decima tertia, ut & ſingularem.*

De-

*Decima quarta, corpus tale adhibendum, ut facilè poſſit exhiberi.*

*Decima quinta, idem oportere proportionatum eſſe ad locum, ubi repræſentatur.*

*Decima ſexta, inter figuras debere eſſe unum.*

*Decima ſeptima, figuram exigere campum ſimplicem.*

*Decima octava, ſymbolum debere conſilium aut propoſitum alicujus exprimere peculiare.*

*Decima nona, idque heroicum.*

*Vigeſima, & unum.*

*Vigeſima prima, figuræ ſubjungendum eſſe lemma.*

*Vigeſima ſecunda, lemma oportere eſſe breve atque acutum.*

*Vigeſima tertia, lemmata æquivoca eſſe ingenioſiſſima.*

*Vigeſima quarta, lemmata eſſe petenda ex quodam Authore noto ac pervulgato.*

*Vigeſima quinta, ſymbolum exactè elaboratùm poſtulare verborum antitheſin & luſus vecum.*

*Vigeſima ſexta, lemmata latina ſymbolis quam maximè quadrare.*

*Vigeſima ſeptima, ſymbolum egregium debere quid continere ænigmatis.*

*Vigeſima octava, item neſcio quid propriè & peculiariter ad eum ſpectans, qui ſymbolum gerit.*

*Vigeſima nona, neceſſe eſſe ut ſit ingenioſum.*

*Trigeſima, ad tria Rhetorices genera reducenda eſſe, ſcilicet ad demonſtrativum, judiciale & deliberativum.*

*Trigeſima prima, ſemper in ſymbolo eſſe ſpectandum* τὸ πρέπον.

Maſ-

Maſcula eruditione eſt conſpicuum hoc opus, uti & cætera quæque hujus Autoris, verùm lectorem etiam exigit eruditum, qui cùm ad fontes harum rerum penetrare conatus ſit, equidem fieri non poteſt, quin ſcribendi methodus difficilis ei videatur, qui tàm altè ingenio ſuo non aſſurrexerit.

Dignum ejus opus eſt judicatum, quod prelo non una vice ſubjiciatur. Hinc quatuor ejus extant editiones, quarum primam nobis dedit Turinum, ſecundam Venetiæ, poſteriores duas Roma. At non eadem in poſterioribus eſt ordinis ratio, quia capita alio modo in illis ſunt diſpoſita. Addidit etiam tractatulum de emblematis & peculiare caput de concionibus habendis hoc titulo, *Trattato de' concetti predicabili & loro eſempii.*

P. Petrus Abbas in Elogiis ſuis, quæ collegit, octo tradit Symbolorum regulas hac inſcriptione: *De Symbolis Gallicè* Diviſes. *Ex variis artis ſymbolicæ præceptis hæc videntur præcipua.*

I.

*Symbolum pictura & lemmate conſtat, ſeu ut loquitur vulgus, corpore & anima.*

II.

*Pictura ut plurimum ſimplex eſſe debet non compoſita, ne emblema eſſe videatur aut ænigma.*

III.

*Erudita eſſe debet, non cuique obvia, neque tamen adeò tecta ut interprete egeat.*

IV.

*Corpus humanum integrum pictura eſſe non poteſt; pars corporis, oculus, cor, manus tolerari poteſt.*

V.

*Lemma hemiſtichium eſſe debet, non verſus integer: deſumi poteſt à Poëta aliquo vel de novo cudi.*

VI.

*Et pictura & lemma ita allegorica eſſe debent, ut neque perſonam nominent, cujus ſunt ſigna, neque ſe appellent invicem.*

VII.

*Totum corpus adeò nativum eſſe debet, ut ipſo ferè adſpectu rem deſignet & ſine Interprete.*

VIII.

*Additur aliquando ſymbolo Epigramma ut illud explicet, atque hæc explicatio plus ingenii quam ſymbolum habet, & ſane plus laudis. Extraneum tamen eſt hoc epigramma, & ſymbolum ſupponit magis quam facit. Ex eo tamen dividunt aliqui ſymbola in nuda & explicata. Nuda vocant quæ picturam habent & lemma. Explicata ea ſunt quibus additur Epigramma.*

Inter eos, quos Academia *Gelatorum* Boloniæ juſſu Dom. Comitis Valerii Zanii hujus Academiæ Principis Anno 1691 edidit Sermones, epiſtola eſt D. FRANCISCI CARMENII de re ſymbolica. In qua ejus originem arceſſit ab Æthiopibus, unde ad Ægyptios, Græcos & Romanos perveniſſe autumat. Dein eam definit, ejuſque cauſas exponit. Regulas etiam tradit corporis & lemmatis, quod perperam animæ denominatione venire ſtatuit. Tandem duorum Academicorum expendit ſymbola, ſermoneque habito de ſymbolis Academicis definit additis quinque conditionibus, quibus ſymbola gaudere debere cenſet Abbas Theſaurus.

Quinque etiam capita præfixit de arte ſymbolica tractatui ſuo Abbas D. PHILIPPUS PICINELLIUS Mediolanenſis, quo multa congregaverat ſymbola hoc titulo, *Mundo ſymbolico.*

*Primum agit de Etymologia nominis, ſymbolorumque antiquitate.*

Se-

*Secundum, de ejus definitione.*

*Tertium, de corpore ſive pictura.*

*Quartum, de lemmate.*

*Quintum, de quibuſdam ſymbolis particularibus.*

Elapſum jam eſt quorundam annorum ſpatium, cùm Colloquia ſua Ariſtidis & Eugenii ederet P. Bouhours ex Societate Jeſu, in quibus diſſerit de mari, lingua Gallica, arcano, præclaris ingeniis, aliiſque innumeris rebus, quas inter Symbolorum tractationi conſecravit colloquium ſextum, in quo omnes illos examinat tractatus, qui de ea materia compoſiti ſunt.

Navem Gallicam appulſam eſſe initio narrat ad portum Dunkerkenſem, ubi tum cum quodam Amicorum ſuorum verſabatur; quam cùm Symbolo Regis ornatam viderent, occaſionem ipſis dicit fuiſſe datam de ſymbolis loquendi. Orditur iſtud colloquium à Metaphora proportionis, qua ſymbolum putat conſtare, ubi unum objectum per alterum repræſentatur, cum quo aliquam habet convenientiam. Deinceps exponit, quid ſit Metaphora eaque comparatio, quam Symboli exiſtimat animam. Rationes reddit cur corpora vocentur figuræ, lemmataque anima, genuinamque eorum convenientiam exhibet, qua inter ſe congruere debent. Cavendum cenſet, ne unio eorum ſit vel coacta vel futilis. Corpora allegorica non vult pati, neque figuram humanam. Antefert naturalia corporibus artificialibus. Corporis proprietatem, quam fundamentum habet ſymboli, poſtulat realem & veram. Quod autem ad corpus ipſum, illuſtre id exigit & oculis gratum; idemque activum ut plus gratiæ habeat concinnitatiſque, nec non cognitum. Figuras, quæ corpori inſerviunt, ad unitatem revocari debere exiſtimat. Ne autem plures adhibeantur tribus aut quatuor, ſedulò admonet, in primis, ut firmamenti ſtellulæ campum haud ingrediantur, neque area floribus obſita & apum examen.

Hinc digreditur ad regulas lemmatum, quarum prima eſt, ut lemma congruat figuræ; ne id verbis dilucide exprimatur quod in figura omnibus patet, ſed ut ſenſus conſtet ex lemmatis & figuræ conjunctione, compoſitaque conſtituant unum haud aliter ac corpus & anima conſtituunt totum. Verborum poſtulat ſenſum paulò ſuſpenſum, ut ſymbolum reddatur acutius. Quod futurum arguit, ſi lemma ſit breve, ſuavitate refertum, divinandumque nonnihil relinquens. Numerum hic etiam probat verborum, menſuramque verſuum. Nil debet eſſe in lemmate, quod non æque conveniat cum figura ſenſu naturali ac morali. Senſus literalis & myſticus debent adeò conſpirare, ut, quod de uno dicitur in ſymbolo, de altero etiam dici poſſit in applicatione.

Bis delectare notat, ſi in lemmate ſimilitudo conjungi poſſit cum antitheſi. Linguas exterorum admittit, nullas tamen alias intelligit quam Latinam, Italicam & Hiſpanicam. Conſilium propoſitumque, quod ſymbolo exprimitur, vult nobile, definitum ac peculiare. Poſtea mentem ſuam exponit, quid intelligat, quando ſymbolum miri quid continere debere cenſet, in quo omnis ejus jucunditas ſita eſt. Deinceps in varias ea diſtinguit ſpecies, uti ſunt heroica, amatoria, ſatyrica, ludicra, moralia, politica & Chriſtiana, quorum omnium diverſa apponit exempla. Tandem loquitur de ſymbolis ſigillorum, navigiorum, vexillorum, Academiarum, Equitum, Fœminarum, Eruditorum, ita ut nil deſiderari queat in hoc opere tàm accuratè concinneque elaborato.

Qui Prophetiam Jeſaiæ in linguam Gallicam traduxit, naturam ſymbolorum etiam paucis explicare conatus eſt in præfatione. Etenim dum ſenſus literalis & ſpiritualis differentias proponit ad intelligendum abſtruſiores Prophetarum ſententias, in hæc verba ſcribit: Senſum literalem & ſpiritualem in libris Sacris neceſſario conjungi ex luculentiſſimo ap-

pa-

Paret exemplo. Notum eſt ac pervulgatum, in ſymbolis conficiendis aſſumi corpus ex rebus naturæ communibus ad aliquid mente conceptum breviter atque acute exprimendum. Ita quidam dignitate clarus cùm ſe tradidiſſet totum cuidam Principi, eique ſemper adhæreret etiam eo in caſu quo afflictus jacebat, pro ſchemate accepit Hederam, quæ truncum cujuſdam quercus amplectebatur, eique fixa adhærebat quercu etiam funditus everſa his verbis: HÆRETQUE CADENTI.

In proclivi eſt, hoc ſymbolum complecti ſenſum & literalem & myſticum. Senſus literalis in eo conſiſtit, quod hedera tam arctè adhæreat quercui, ut ne ea quidem cadente inde ſeparetur. Senſus autem myſticus quod quis ſe ſemper fidum exhibeat Principi ſuo quamvis adverſa fortuna utenti.

Quodſi igitur quis putaret hoc ſymbolo nil aliud innui quàm hederam adhærere ſolere arboribus cæteriſque omnibus, quæ ei ſunt proxima; quodve adjectum eſt, nullius eſſe momenti inventumque vanum, cujus cogitatio nunquam in mentem veniſſet ſymboli autori, dignus certè eſſet qui omnium ſibilo ob ruſticam hanc ſimplicitatem exploderetur. Omnibus enim ex æquo liquet, quamvis ad literam hæc ſint vera, fundamentumque ſenſus alterius ſuſtineant, autorem tamen hujus ſymboli nequaquam intendere, ut hic ſubſiſtamus, ſed ad ſenſum myſticum, qui ſymboli anima eſt, cùm literalis nonniſi corporis nomen mereatur, nos voluiſſe deducere, quo imaginem exactiſſimam nobis depingit fidiſſimi cujuſdam hominis, qui Principi ſuo ſummam præſtabat fidem haud obſtante rerum acerbitate, qua premebatur, laudique maximæ ſibi ducebat eorum omnium participem eſſe.

Pari modo Prophetarum verba tractarunt S. Auguſtinus & Patres cæteri. Literam ſupponunt, ſpiritum ſedulò inquirunt.

Cùm ANSELMUS BOOD Cæſaris Rudolphi II.

Archiater quædam exponeret Symbola eorum, quæ collegit Octavius Strada & communiter Typotio tribuuntur, paucis ipſi placuit ſymbolicæ rei genium deſcribere ſub nomine Hierographiæ. Verba ejus ita habent:

HIEROGRAPHIA

*Nobis eſt ſignificatio rei aut perſonæ ſacratior.*
*Notis, aut litteris non tam expreſſa*
*quàm impreſſa.*
*Sacratior dicitur,*
*non tantùm quod inventio ſacra ſit;*
*aut res ipſa Paganis omnes fere Sacræ,*
*Imò plerumque ritu divino habitæ:*
*ſed*
*quod myſteriorum inſtar plus abdant quam promant.*
*Notis*
*Picta, ſculpta, celata intelligimus*
*literis ſcripta.*
*Scribuntur literæ, ſyllabæ, voces, ſententiæ.*
*Dividimus igitur Hierographiam*

| | | | |
|---|---|---|---|
| *in* | *Hieroglyphicon & Symbola* | *id eſt* | *Picturam & Scripturam.* |

Unde patet, eum probè diſtinguere inter figuras & figurarum lemmata, *notamque hieroglyphicon* & *Picturam* vocare, quod nobis corporis nomine venit; *literas* autem, *Symbola* & *Scripturam*, quod nobis anima appellatur.

Eruditione ſumma clarus Claudius Minos Juriſconſultus Divionenſis, cui debemus doctiſſimos commentarios in Emblemata Alciati, de ſymbolis etiam in præfatione hujus operis egit, quorum poſtquam

quam duodecim vel tredecim diverſi generis protuliſſet exempla, mentem ſuam his verbis ſapienter prodit: *De qua quidem Philologiæ parte, ne cogar ſingula percenſere, cum quoſdam viros excellenti doctrina, & antiquitatis vel maximè ſtudioſos aliquando diſputare audiebam, memini ultro citroque habitos eadem de re Sermones eruditos, ex quibus tamen ad extremum, ut uno verbo dicam, nihil ferè præter conjectanea comparavi.* Interim doctè tamen in hac præfatione diſſerit de ſymbolorum natura, origine & generibus.

Atque hæc ſufficiant de ſymbolorum præceptis: tempus jam monet ut nos conferamus ad exempla, eoſque recenſeamus, qui aut ipſi ſymbola quædam concinnarunt, aut alienorum quandam congeriem fecerunt. Hinc initium faciendum eſſe remur ab iis, qui ſuis operibus ea inſeruerunt, ut ea redderent gratiora picturarum ac inventionum acutarum ope, quæ in ſymbolis ut plurimum apparent.

Primas hic merito ſibi vindicat MAURITIUS SEVUS Nobilis Lugdunenſis, qui cùm Franciſcus III. occaſione bellorum, quæ in Italia gerebantur, Lugduni reſideret, verſus quoſdam compoſuit de ejus amoribus, quos ſymbolis quinquaginta exornavit, lemmata autem omnia Gallica lingua ſunt concepta.

Anno 1613 excudere juſſit JOHANNES FRANCISCUS DE VILLAVA ſuos de pietate Sermones, quibus adjiciebat totidem ſymbola ſub hoc titulo: *Empreſas ſpirituales y morales en que ſe finge que differentes ſupveſtos las traên al modo eſtrangero, repreſentando el penſamiento en que mas pueden ſenalarce aſſi en virtud como en vicio, de manera que pueden ſervir à la Chriſtiana piedad.*

Refert in præfatione ſua non una vice ingenioſas ſymbo-

bolorum inventiones, quibus Galli & Itali utuntur, oculis & mente perluſtraſſe, verùm cum haud ferè alias quàm militares aut amatorias inveniſſet, operam ſuam ſe conſtituiſſe in id collocare, ut quaſdam concinnaret Chriſtianas & ad pietatem quam maxime ſpectantes, idque haud difficulter futurum ſibi perſuaſiſſe, Authorum præceptis certiſſimis firmiſſimiſque extantibus. Non autem omni ex parte ſunt abſoluta ejus ſymbola, parumque ingenii præſe ferunt, titulo libri & applicationibus, quas inde ad pietatem tranſtulit, exceptis.

Anno 1617 Academia Altorfina faſciculum orationum latinarum à Profeſſoribus habitarum ab Anno 1577 Norimbergæ edidit, quarum cuique ſymbolum aliquod præfixum eſt. Titulus hujus libri eſt: *Emblemata anniverſaria Academiæ Noribergenſis quæ eſt Altorfii ſtudiorum juventutis exercitandorum cauſa.* Ubi tamen ſcias velim ſymbola non ex induſtria eſſe concinnata, ſed ex aliis Authoribus petita, orationibuſque illorum applicata.

PAULUS ARESIUS ex congregatione Clericorum Regularium, dein * Epiſcopus Dertonenſis octo conſcripſit volumina Sermonum ſacrorum, quos ornavit titulo Symbolorum ſacrorum, *Impreſe Sacre*, quia quivis Sermonum in myſteria vitæ Domini Jeſu Chriſti, Sanctæ Virginis, & in Feſta S. Apoſtolorum, Martyrum, Confitentium & Virginum, nec non de moralibus concinnatorum, ſymbolo gaudet ad ſubjectam materiam accommodato.

DOM. DIDACUS DE SAAVEDRA depinxit nobis centum ſymbolis totidemque adjectis diſcurſibus Ideam Principis & Chriſtiani hac inſcriptione: *L'Idea de un Principe Politico Chriſtiano repreſentada en cien Empreſas por Don Diego de Saavedra.* Quod opus & Latina & Italica lingua donatum non ſemel prelo iteratum eſt.

Latine vulgavit Pater HENRICUS ENGEL-

* *l'Evêque de Tortone.*

GELGRAVE Batavus è Societ. Jeſu conciones in Feſta Sanctorum & Dies Dominicos totius Anni, quarum quamvis etiam exornavit ſymbolo præfixo. Concionum in Feſta Sanctorum titulus eſt: PANTHEON CHRISTIANUM; moralium autem in Dies Dominicos, LUX EVANGELICA. Multa horum ſymbolorum ſunt ingenioſa.

Anno 1652. Quinquaginta Sermones in vitam Virginis Matris totidem Symbolis ſive Emblematis Lublini publicavit Pater SEBASTIANUS DE LA MERE DE DIEU Carmelita excalceatus, quos inſcripſerat: *Firmamentum ſymbolicum in quo Deiparæ Elogia quibus velut Firmamentum ſtellis eſt exornata, ſymbolicè depinguntur.* Hos ſuos Sermones multum autumat profuturos concionaturis ad omnia S. Virginis Feſta. Qui verò ſymbola & Emblemata ritè conſiderabit, primo quidem intuitu videbit, nec horum nec illorum præcepta unquam probè intellexiſſe.

Artem ſuam regnandi, qui eſt tractatus Politicus cùm aliquando ederet Pater PETRUS LE MOINE quindecim eam ſymbolis exornare haud dubitavit, in quibus omnibus unus Sol picturam ſive corpus conſtituit, ſequenteſque qualitates regias repræſentat, ut pietatem, probitatem, moderationem, exemplum, prudentiam, juſtitiam, authoritatem, fidelitatem, clementiam, bonitatem, liberalitatem, conſilium, curam rei ærariæ, arma & ſalutem publicam. Subjungit poſtea hæc ſymbola tractatui ſuo de arte ſymbolica ſub titulo Regiorum ſymbolorum, quibus adjicit breves diſſertationes carminaque decem verſuum Gallica.

Anno 1620. Theſes logicæ defendebantur * Tuderti in Italia, quarum quævis propoſitio conſpicua erat ſymbolo, ac ſymbolum quodvis verſibus Italicis. Univerſum præfigurabatur organis pneumaticis hac epigraphe: UNUM IN MULTIS.



* à Todi.

TIS. Verſus, qui hoc ſymbolum enucleabant erant hi:

*Di metalio canoro*
*Gli harmonici concenti*
*Dan meraviglia all' ingegnoſementi.*
*Tal de l'Univerſal l'alto lavoro,*
*Diſpoſto e ben partito*
*Quel ch' infinito appar può far finito,*
*Quanto di bel riſplende*
*Da lui come da un ſol tutto diſcende.*

Genus repræſentabatur per cedrum foliis, floribus & fructibus abundantem, hoc lemmate: EX UNO. Verſus erant hi:

*Queſta pianta gentile*
*Che rami, e frutti, e frondi, e fior produce*
*E ſi varia vaghezza a gli occhi adduce*
*Al Gener e ſimile*
*In cui natura ancor varia reluce*
*E in un del mio Signor ſembra la luce.*
*Sua ſtirpe i rami, e i rai ſpende per tutto*
*S' e la porpora il fior, virtute il frutto.*

Hæ theſes tàm temerariis inventionibus conſpicuæ, inſcriptæ erant Cardinali Landio Epiſcopo Tudertino, cujus virtuti, dotibus & dignitati celebrandæ plurima erant concinnata ſymbola.

Politicum quendam tractatum conſcripſit Pater ANDREAS MENDO Hiſpanus ex Societate Jeſu, quem imprimi curabat hoc titulo, *del Principe perfecto y Miniſtros ajuſtados*, ubi quodvis etiam caput quodam Emblemate vel Symbolo inſignitum eſt.

Pater MATTHÆUS RUFFUS in vulgus emiſit quaſdam Orationes latinas, quas habuit inaugurales apertis claſſibus, in quibus prælegebatur Gramma-

natica, Rethorica, Philoſophia, Mathematica & Theologia, easque inſcripit *Proluſiones Academicas*, quarum cuivis ſymbolum præpoſitum eſt.

Ex eadem Societate centum Elogia totidemque Epigrammata in vitam S. Ignatii compoſuit CAROLUS BOVIUS addito cuivis horum Elogiorum ſymbolo. Egregia ſunt ingenioſiſque ſcatent inventionibus. Titulus ita habet: *Ignatius, Inſignium, Epigrammatum & Elogiorum centuriis expreſſus.* Unumquodque horum ſymbolorum tribus vel quatuor lineis exponitur, quas ſequitur epigramma octo vel decem verſibus & Elogium ipſum integra & dimidia pagina conſtans.

Anno 1667 quatuor Orationes Gallicè publicavit Dominus DE CHAUMELS Senator in ſupremo rei ſubſidiariæ Senatu * Aremorienſi, quæ totidem ſymbolis erant exornatæ, quarum titulus erat: Symbola Panegyrica. Nullum autem alium in finem erant compoſita & orationes & ſymbola, quàm ut elogia diſſiparent b. m. Reginæ Annæ Auſtriacæ. Symbolicæ artis mentionem facit in Epiſtola dedicatoria ad D. Marchionem de S. Luc, ad ſua ipſius autem quando venit in præfatione, quodque dicit compoſitum eſſe ſex partibus; figura, quæ ejus eſt corpus; lemmate latino, quod ſpiritus loco eſt; lemmate gallico, quod verſionem largitur; Epigrammate, quod cognionis primum gradum continet; Diſticho, quo traditur ejus applicatio; atque oratione, qua omni ex parte enucleatur.

Cùm Pater AURELIUS CORBELLINIUS ex Ordine Religioſo S. Auguſtini diu propter ordinem ſuum perſecutionem paſſus erat, navim curavit pingi ſuper januam cubiculi ſui ventis ac tempeſtate agitatam, cui imminebat ex cœlo turbido ſtella hoc verſiculo:

FORSE FIA CHE SEREN MI TORNI IL CIELO.

Tan-

* *De Guienne.*

Tandem cœlum ſerenum redit, aut ſi mavis: Poſt nubila Phœbus.

Quicunque amicorum eum veniebant viſitatum, non poterant non explicationem ab eo petere, quod etiam brevibus his verbis faciebat: *Gran ſenſo ha queſta picciola figura. Per la nave ecco la vita mia: per li mare ecco tutto il mondo; per gli venti contrarii ecco le tribulationi: per l'onde c'hora s'in alzano, e hora s'abbaſſano, ecco la vacillatione del tribolato: per la reſiſtenza che fa la nave, ecco la fermezza ch' altri chiamano arroganza di chi e afflitto: per lo sforzo ecco il rintuzzamento che ſi fa al tribolante: per la fuga, o il ritiramento a luogo ſicuro, ecco ſi de è fuggire o ſtar ſaldo a colpi de gli inimici; per la ſtella, ecco la ſperanza della conſolatione: per lo porto in cui cerca di riti rarſi la nave, ecco quale è il vero conforto de tribolati.* Deinde etiam tot conſtruxit dialogos, quot partes ab eo erant conſtitutæ in applicatione, preloque ſubjecit Anno 1618 nomine *Conſolationis Chriſtianæ.*

Hiſce omnibus omnia illa Symbola accenſeri poſſunt, quæ operibus ſuis non pauci Authores præfixeruut aut ornamenti aut introductionis gratia.

Coloniæ typis evulgavit Anno 1600 Commentarium ſuum eruditum in Jobum Pater JOHANNES PINEDA, cujus in frontiſpicio duodecim conſtituit Symbola, quibus res geſtas illius Sancti viri exhibet, quas in opere ſuo explicare aggreditur.

Primum erat aquila in aere, quæ multis ſagittis irrito ictu petebatur his verbis: HAUD ULLÆ POTUERE. Quo varias eas tentationes repræſentat, quibus ille expoſitus fuerat.

Secundum erat laurus inter fulmina & fulgura hac epi-

pigraphe VINCIT INTACTA. Quo conſtantiam jus exprimit victoriaſque, quas ab omnibus reportavit, quorum provocatus erat protervia.

Tertium Salamandra in medio flammæ, hac inſcriptione: PROBAT FORNAX.

Quartum, venti imbriferi fertilitatem conferenes terræ, BENEFICENTIUS.

Quintum, Gladius flammæ oppoſitus & petra, hoc lemmate: HINC FRUSTRA, INDE RETUus, ad innuendum firmitudinem animi, qua ſe oppoſuit aſſultibus Diaboli, uxoris & amicorum uorum.

Sextum, Mallei, incus & in eorum medio adamas. IMPAVIDUM FERIENT. Quo depingiur, qua animi conſtantia jacturam filiorum ac bonorum tulerat.

Septimum, Cubus his verbis. QUOCUNQUE VERTAS. Quo ſiſtitur ejus in pietate perſeverantia.

Octavum, roſa inter cepas, quæ ad odorem ejus augmentandum multum faciunt. NON ÆQUIS VIRIBUS HOSTES.

Nonum, vitis quæ putatur. UT FRUCTUUM PLUS AFFERAT.

Decimum, Palma cujus termites erant incurvati appenſo quodam pondere. RESURGET.

Undecimum, Sol in Ecclyptica: MUTAT VICES. Ad notandum fortunæ, quas ſubierat, viciſſitudines.

Duodecimum, Sol oriens. RURSUS POST TENEBRAS.

Poſt quadraginta ſex annorum decurſum in eundem librum Commentarios ſuos edidit P. BALTHASAR CORDERUS, in quibus tamen non niſi quatuor Jobi conditiones quatuor ſymbolis exprimebat, quorum lemmata ipſius libri, quem explicuit, concepta erant verbis-

Primum erat Phœnix in flamma, verbis appoſitis

tis ex cap. 29. INNOVABITUR.

Secundum, Magnes qui auri inſtar igne purificatur, lemmate adſcripto ex cap. 13. QUASI AURUM.

Tertium, Aquila, nidum ſibi ſtruens in monte altiſſimo, epigraphe deſumpta ex cap. 39. IN ARDUIS.

Quartum erat arboris truncus amputatis ramis, qui tamen de novo incipiebat germinare, cum his verbis RURSUS VIRESCIT ex cap. 14.

Anno 1640 gaudium ſuum publicè teſtabantur Jeſuitæ Flandri, gratiis actis propter confirmationem ſui ordinis, quem unius ſeculi defluxu tuiti erant. Hinc librum quendam vulgabant ſub titulo *Imaginis primi ſæculi Societatis Jeſu*, cujus introitum duodecim ſymbolis ornaverant, quæ hujus ſocietatis notabant variam ſortem, ut & profeſſionem & vota.

Ipſi autem operi ferè centum alia inſerta ſunt, quibus additi ſunt ſermones verſuſque latini in hoc feſtum & gratiarum actionem concinnati.

Præliminarium etiam loco non raro præponuntur hujuſmodi ſymbola, ut primo ſtatim intuitu pateat, qua de re agatur & ut alterum ab altero probe diſtinguatur. Hac ratione opus ſuum de Oratore Chriſtiano & ejus qualitatibus quatuor inſignivit ſymbolis P. CAROLUS REGIUS, quibus quatuor illas facultates depingit, quæ ab Oratore ſacro potiſſimum exiguntur.

Primum erat buccina his verbis: INFLANTE SPIRITU: quo innuit Oratorem Sacrum debere eſſe impletum Spiritus S. donis, ſi officium ſuum rite obire velit.

Secundum erat organum, in quo fiſtularum ſonus inſigniter concordabat hac inſcriptione: CONSONET UT PERSONET. Quo indicat Oratoris opiniones debere convenire cum Eccleſia & Sacris Oraculis.

Ter-

Tertium, tormentum bellicum, cujus globus ferreus igne admoto expellitur, hoc lemmate: ARDEAT UT FERIAT. Quo ſignificat, oratorem ipſum debere eſſe commotum, ſi alios commovere velit.

Tandem ut oſtenderet oratorem debere agere & in effectum deducere quod docet aut dicit, horologium pingebat campana & indice inſtructum: QUOD SONUS, HOC INDEX.

Pari modo egit P. MARTINUS BRESSERUS, qui de Conſcientia ſex libros exaravit, nimirum, ut horum quilibet diſtinctè conciperetur, omnes eas differentias, quas Theologi tradere ſolent inter conſcientiam rectam, erroneam, ſcrupuloſam, quietam, probabilem, &c. totidem ſymbolis expreſſas præfixit operi.

Pro conſcientia recta pingit libellam cum bolide, his verbis adſcriptis: CONSCIA RECTI.

Pro ſcrupuloſa, craterem fontanum, cujus aqua injecto ſcrupulo turbatur hoc lemmate: SCRUPO CONFUNDITUR UNO.

Pro inquieta, libramentum quod ſe jam in hanc jam in illam partem flectit hac inſcriptione: NUNC HUC, NUNC VERTITUR ILLUC.

Pro erronea, baculum in aqua, qui quamvis integer & rectus alias, nihilominus fractus & curvus apparet, his verbis, DECIPITUR SPECIE RECTI.

Pro probabili, bilancem; hac epigraphe, UTRINQUE PARI LIBRAMINE NUTAT.

Sed hæc quidem hactenus. Reſtant jam illi, qui ex profeſſo hanc artem ſymbolorum excoluerunt, orbique erudito ſtiterunt quaſdam eorum Synopſes, quas paraverant.

Hos inter primas tenet, qui ætate cæteros longè ſuperat GABRIEL SIMEONI Florentinus, qui hujus generis ſymbolorum Epitomen Lugduni edidit Anno 1551, quam conſecrabat Regii ſtabuli ma-

magiſtro Comiti de Montmorency. Initio recenſet ea, quæ gerebat Auguſtus & Titus; deinde alia enumerat, quæ confecerat in honorem Regis, Reginæ, defunctæ Reginæ Navarræ, D. Annæ de Valois Regis Sororis, Regis & Reginæ Navarræ, Ducis de Guiſe, Principis de Melphes, Equitis cujuſdam, quo familiariter erat uſus, multaque alia, quæ doctrinam moralem concernebant. Verum horum omnium nullum eſt, quod ſymboli nomine vocari mereatur præter unum, quo efformata erat papilio, quæ candelæ fulgore allecta adurebatur, hac inſcriptione.

COSI VIVO PIACER CONDUCE A MORTE.

Huic Epitomæ alia etiam adjecit aliorum, quæ, ſi verum fateri volumus, longe ſuis præſtant, cujus farinæ ſunt, quod adfert, Ducis Valentinenſis, Duciſſæ Bonæ Sabaudiæ, Reni Regis Siciliæ, cujuſdam magni præfecti & Domini de S. Vallier.

Anno 1588. illos verſus & emblemata in publicum edidit BERNARDINUS PERCIVALLE Ferrarienſis Doctor & Eques, quorum etiamſi ſint numero centum undeſexaginta, quæ in gratiam nonnullorum Nobilium Italorum ſunt compoſita, tamen vix quinque aut ſex ad juſtam normam confabricata eſſe cenſet Hercules Taſſus, quæ autem reliqua ſunt, inſulſiſſima pronuntiat.

Cùm MAGNUS COSMUS DE MEDICIS Dux Toſcaniæ equitum centuriam collegiſſet ſub inſignibus Sinenſium, quos filius ejus Dux Ferdinandus etiam alere pergebat, author ipſis fuit Comes Germanicus Hercalanus eorum ſignifer, ut quivis tale ſibi conficeret ſymbolum, quo fidem ſuam teſtaretur erga Principem, eademque opera ab aliis ſecerneretur ſagis militaribus affixo. Horum maximam partem excogitavit Bargalius, præloque commiſit Anno 1591 hoc titulo: *Rollo o vero cento impreſe de gli illu-*

*'uſtri Signori Huomini d'arme Saneſi militanti ſotto 'eale e feliciſſimo ſtendardo del Sereniſſimo Ferdinando le Medici Gran Duca III. di Toſcana.*

Exiguo poſt intervallo Synopſin quadringentorum Symbolorum ALCIBIADIS LUCARINI Academici *Intronatorum* evulgavit quidam Academicus Sinenſis, quam inſcripſerat : *Impreſe dell' offitioſo Academico Intronato, raccolte da lo Sconoſciuto Academico unito.* Prima hujus operis pars complectitur centum & quadraginta in honorem quarundam perſonarum genere & dignitate illuſtrium. Secunda referta eſt multis ſymbolis ſacris, quæ ad pietatem unicè ſpectant. In tam numeroſa tamen ſymbolorum copia non eſt quod multum ingenii quæras, quippe maxima pars ultra communem ſortem vix aſſurgit.

Anno 1619. communicavit nobiſcum centum ſymbola JULIUS GUILLIELMUS ZINCGREFFIUS Germanus, quæ ab eo inſcribuntur : *Emblematum Ethico-politicorum Centuria Julii Guillielmi Zincgreffii.* Licet enim ipſe hoc compendium imaginum politicarum moraliumque nuncupet Emblemata, liquet tamen ſatis, plurima eorum eſſe ſymbola, quæ ita à ſe invicem diſtinguit, ut emblemata vocet Emblemata univerſalia, ſymbola autem Emblemata particularia, quia eo judice emblemata continent præcepta generalia, ſymbola vero exprimunt tantum ſingularum perſonarum peculiaria conſilia. Præfatus eſt quædam in hoc tractatu de origine & natura Emblematum, Gentilitiorum inſignium, & ſymbolorum. Cæterum quatuor cuivis ſymbolo ſuffixit lingua gallica verſus, verum Gallico-germanici ſunt, i. e. inſcitiſſimi. Orditur quodam ſymbolo in eos, qui hoc opus audent vel invidia vel æmulatione impetere. Lectus pingitur magnus & benè ornatus, ſuper quo ſe volutat canis, invidiæ ſymbolum, hoc lemmate : TIBI NON SUM STRATUS.

Anno 1621 tractatum de ſymbolis edebat ADRIANUS D'AMBOISE, quem ex chartis Franciſci d'Amboiſe Parentis ſui * Baronis Carnatenſis ſupplicum libellorum ordinariorum Magiſtri in Palatio, collegerat, quibus quædam ſymbola à ſe fabricata adjiciebat ſubnomine ſymbolorum regiorum. In frontiſpicio collocat ſymbolum Henrici IV. quod conſtat duobus ſceptris adjuncto gladio & hoc lemmate: DUO PROTEGIT UNUS. Hoc ſequuntur quinque aut ſex figuræ, quæ nihil minus merentur quàm ſymbolorum titulum, claudit autem librum ſuum adjectis Caroli IX. & Catharinæ de Medicis, cùm vidua eſſet, Henrici III. Loviſæ Lotharingienſis Reginæ demortui conjugis uſufructuariæ Galliæ, & Ducis d'Alençon.

Anno 1622. diverſi ſymbolorum collectorum tractatus edebantur in Italia, Hiſpania & Belgio, quæ confecta erant in ſolemnia, quibus in numerum Sanctorum adſcribebantur S. Ignatius de Lojola, Franciſcus Xavierius, Philippus de Neri, Iſidorus & Thereſia Jeſu.

Quod idem poſtea factum eſt, cùm in eorundem catalogum referrentur S. Franciſcus de Sales & Cajetanus de Tienne, Ludovicus Bertrandus, Franciſcus de Borgia, Philippus Beniſius & Roſa de Lima.

Anno 1625. Epigrammatum & Symbolorum adornavit epitomen ALPHONSUS LEDESMA, editque Madriti. Ipſe ea vocat Hieroglyphica, quia omnia ferè ſunt ſacra, hocceque titulo ornat: *Epigrammas y Hieroglyphicos a la vida de Chriſto, feſtividades de nueſtra Senora, excelencias de Santos, y grandezas de Segovia, por Alonſo de Ledeſma natural de Segovia.*

Primum eorum eſt in S. Trinitatem, ubi fons depingitur tribus tubis, his verſibus:

UNA ES EL AGUA QUE VEZ
AUNQUE LOS CANOS SON TREZ.

* *Baron de la Charire ſur Loire*

Tu-

*Tubi tres, idem liquor.*

Secundum in creationem mundi; tertium in Angelorum lapſum; quartum in creationem hominis; quintum de ejus peccato; ſextum de myſterio Incarnationis; ſeptimum de duabus naturis in Chriſto; octavum de ejus lachrymis. His ſuccedunt triginta alia in præcipua myſteria vitæ Chriſti, paſſionis, reſurrectionis & Spiritus S. miſſionis; novem in myſteria & Feſta S. Virginis; triginta novem in honorem variorum Sanctorum Sanctarumque; octodecim de vita, morte & miraculis S. Ignatii Societatis Jeſu conditoris, & viginti tria de quibuſdam virtutibus & vitiis.

Omnia hæc ſymbola ſunt adornata Hiſpanico more, i. e. nullum habent lemma præter tres verſus, qui explicationis loco adjiciuntur, quorum prior plerumque deſcribit corpus & figuram ſive ſubjectum, poſteriores autem complectuntur corporis proprietatem & applicationem. Hinc pro bonorum hujus vitæ incertitudine exprimenda pingit tres teſſeras, his tribus verſiculis:

BIENES POR EL MUNDO DADOS
POR ADONDE LOS ECHARES
HALLARAS QUE SON AZARES.

Quibus ſignificat bona hujus mundi, quocunque inſpicias modo, quemque demum ſui præſtent uſum, non accidere cuiquam niſi caſu. Ubi priori verſu demto, cæteri lemmatis loco haberi poſſent.

Ad creationem præfigurandum hoc modo procedit:

HIEROGLIFICO

*Pintaſe un horno de Vidrio, y un vaſo a la boca.*

Vitrarii ponit furnum, cujus in ore hæret vitrum, his verſibus:

HECHURA DE VIDRIO SOY,
PUES TODO EL SER RECEBI
POR RESPIRAR DIOS EN MI.

Vitreum opus ſum, quippe id quod ſum, ope divini afflatus ſum: Si ex iſtis verſibus tantum peterentur hæc verba; EL SER RECEBI POR RESPIRAR, Afflatu Spiro; ſymbolum eſſet ingenuum. Atque hac ratione plurima ejus ſymbola ingenioſa & regulis convenientia reddi poſſunt.

Gemina eſt ratio, qua explicantur ſymbola, quibus ſcatet fabuloſæ heroicorum facinorum narrationis Hiſpanicè conſcriptæ tertia & quarta pars Equitis, qui à ſole cognomen habet, cujus Authores perhibentur DIACUS ORTUNEZ DE CALAORRA, PETRUS LA SIERRA, & MARCUS MARTINIUS. Verum multum abſunt ea à ſymbolis Ledeſmæ, quippe quædam eorum vix nomen ſuſtineant.

Partem ſecundam conſtituunt ſymbola Domini Buſſiere, quæ in unum corpus ſunt congeſta unà cum tractatu, quem de ſymbolis edidit.

Anno 1650. heroica & moralia ſymbola verſibus & brevibus diſſertationibus explicata publicavit P. PETRUS LE MOINE, quæ certè multum ingenii habent, & perpauci ſunt ejuſdem materiæ authores, quod ipſi ſummæ laudi cedit, qui tantum exactorum ſymbolorum numerum confecerunt. Cùm ſecunda vice ejus epitome ederetur unà cum arte ſymbolorum, adjicere ipſi placuit ſymbolorum muſeum & hortum, ubi picturarum loco adhibentur tantum flores, eaque ſubjiciuntur ex arte regnandi excerpta, quæ ad Reges pertinent.

Cæterum id in genere notandum, Authores quam plurimos, qui de Arte ſymbolica ſcripſerunt, multa ſymbola concinnaſſe, ſuiſque operibus hinc inde inſeruiſſe, quare ad alios ut ſermonem noſtrum flectamus, qui aliorum ſymbola collegerunt & in lucem emiſerunt, tempus & inſtitutum noſtrum poſtulat.

Ordine juxta ac ætate hic primus eſt CLAUDIUS PARADINUS Bellijocenſis Canonicus, cujus libellus in varias traductus eſt linguas, typis quam ſæ-

piſſimè iteratus, atque ab omnibus allegatus, qui de hac re aliquid memoriæ tradiderunt. Symbola, quæ collegit, ſunt Franciſci I. Henrici II. Ludovici XI. Ludovici XII. Caroli Quinti, Coſmi de Medicis, Henrici VIII. Regis Anglorum, Margaretæ Illuſtriſſ. Navarrorum Reginæ, Philippi Ducis Burgundiæ, Johannis Ducis Burgundiæ, Galeatii Vicecomitis II. Mediolanenſium, Dianæ Pictavienſis, Caroli Cardinalis Borbonii, Cardinalis Turtonii, Cardinalis Ferrarienſis, Catharinæ de Medicis Francorum Reginæ, Caroli Cardinalis Lotharingenſis, Heliono-ræ Auſtriæ Galliarum Regis viduæ, Valentinæ Mediolanenſis Aurelitanorum Duciſſæ, Andreæ Lavalli præfecti maritimi Gallici, Archiepiſcopi Ambrunenſis Boiſdelphini Domini, Eraſmi, Guilielmi ab Hanovia, Papæ Clementis VII. Horatii Farneſii Ducis Camarini, S. Andreæ Mareſchalli, Margaretæ Bituricenſium Duciſſæ, Philippi Chabotii Comitis, Morvillerii Galiæ Cancellarii, Caroli VI. Præfecti claſſis Bonnivetii, Ludovici Ducis Navarrorum, & Johannis Ducis Burgundiæ.

Hiſce tàm illuſtrium perſonarum ſymbolis multa etiam alia ex ſuis adjecit PARADINUS, verum hæc omnia ſi ritè inſpexeris, vix viginti ſymbolorum nomine digna eſſe reperies.

Venetiis imprimi curavit Anno 1566 ſymbolorum congeriem RUSCELLIUS, quibus explicationis ergò quædam adjectæ ſunt oratiunculæ. Dividit hoc opuſculum in tres libros præfixo titulo: *Le Impreſe illuſtri con eſpoſitioni e diſcorſi del* S. *Jeronimo Ruſcelli.*

His quartum librum adjecit Anno 1583 Parens ejus VINCENTIUS RUSCELLIUS hac inſcriptione: *Il quarto libro delle Impreſe illuſtri con figure di ſtampe in rame, aggiunto da Vincenzo Ruſcelli da Viterbo.*

Anno 1565, 1566 & 1568 plurima delineavit

ſymbola Johannes Baptista Pittonius celebris Pictor Vincentienſis, quæ æri incidi juſſit publicèque emiſit * verſibus Italorum more concinnatis ornata, quos in quodvis horum ſymbolorum compoſuerat Ludovicus Dolceus. Titulus hujus operis ita habet: *Impreſe di diverſi Principi, Duchi, Signori, ed altri perſonaggi, ed huomini illuſtri*

Anno 1578. Academicorum Brixienſium in ditione Veneta, qui vocantur *Occulti*, collegit ſymbobola vulgavitque Bartholomæus Arnigius.

Quod etiam fecit Lucas Contile ſymbolis Academiæ *Affidatorum* Papienſium, addens cuivis horum oratiunculam, curriculumque vitæ cujuſvis Academici.

Quæ proſtant duo volumina orationum in Academia *Gelatorum* Boloniæ habitarum, eorundemque Academicorum ſymbolorum, nemini debemus alii, quàm Illuſtriſſimo Comiti Valerio Zanio. Is enim cum communibus omnium Academicorum ſuffragiis Academiæ hujus Princeps eſſet electus, ſequentique anno eodem in munere confirmatus, impenſis ſuis curavit colligi ac typis exſcribi has orationes & ſymbola, indito priori volumini hujuſmodi titulo: *Proſe de Signori Academici Gelati di Bologna*; Poſteriori, *Memorie Impreſe e ritratti de Signori Academici Gelati di Bologna.*

In primo continentur quindecim Orationes.

*Delle gioſtre e Tornei del Sig. Senatore Berlingiero Geſſi.*

*Delle armi delle famiglie del Sig. Conte Gaſparo Bombacci.*

*Dell' Impreſe Academiche del Sig. Franceſco Carmeni.* *Della*

* *Sonnets & Stances.*

*Della Filoſofia Morale del Sig. Conte Alberto Capàra.*

*De gli intervalli Muſicali Riſleſſioni del Sig. Gio. Batt. Sanuti Pellicani.*

*Delle Cagioni fiſiche de gli effetti ſimpatici del Sig. Conte Ercol Agoſtino Bero.*

*Dell' Idioma nativo, &c. del Sig. Giovan Franceſco Bonomi.*

*Della Tragedia del Sig. Dott. Innocenzio Marià Fioravanti.*

*Dell' Iſopo di Salomone del Sig. Dott. Ovidio Montalbani.*

*Della Politica, e della ragion di ſtato del Sig. Dott. Aleſſandro Barbieri.*

*Delle Terme antiche, e givochi de' Romani del Sig. Dott. Gio. Batt. Capponi.*

*Delle Sette de Filoſofi, e del genio di Filòſofare del Sig. Ant. Felice Marſili.*

*Della Muſica del Sig. Girolamo Deſideri.*

*Del metter in Carta opinioni Cavallereſche del Sig. Senatore Giovan Michele Guaſta villani.*

*Della Sparizione d'alcune ſtelle del Sig. Dott. Geminiano Montanari.*

Symbola Authorum quod attinet, ea cuique orationi ſunt præpoſita.

Volumen alterum continet octuaginta quatuor ſymbola, inter quæ agmen ducit, quod gerit Academia. Hoc proximè ſequitur effigies & ſymbolum Papæ Urbani VIII. & quorundam Patrum Purpuratorum, qui hujus Academiæ erant cives. Adjunguntur etiam effigies eorum, qui vita exceſſerant. Quas excipit cujuſvis Academici elogium catalogo omnium eorum operum annexo, quæ ejus cura erant impreſſa vel ad prelum habebat parata.

Summa cura ſeculo elapſo collegit OCTAVIUS DE STRADA celeberrimus Antiquarius numiſmata antiquorum æque ac recentiorum Cæſarum, Principumque Eccleſiaſticorum & Secularium, muſeumque eorum amplum conſtituit. Quod cum feciſſet, lubido eodem tempore illum inceſſit numiſmatum etiam congerendi facies; ſegregatiſque veteribus à recentioribus, ſeorſim tradidit quæ invenerat Paparum, Imperatorum, Regum, Cardinalium, Principum Imperii & illuſtrium virorum. Huic operi adjungebat quædam hierographa ſive emblemata S. Euchariſtiæ, & S. Crucis ea quidem tempeſtate, cùm utraque offendiculo eſſet Germanis, Gallis & Anglis, cauſamque non levem ibi præberet hæreſeωs & tumultuum. Ea æri incidit Anno 1661 GILLES SADELER Cæſar. Majeſt. Sculptor, iſagogenque adjecit latinam, ut ſemper habeat lector cum myſteriis Myſtagogum, Hiſtoriographus Imperatoris.

Omne hoc opus abſolvitur tribus partibus. Prima continet octo hierographa S. Euchariſtiæ, quindecim S. Crucis, triginta Pontificum Maximorum; triginta novem Cæſarum; quatuor Mahometanorum; Triginta ſeptem Regum Hiſpaniæ; Quadraginta octo Regum Galliæ; unum & viginti Regum Angliæ; decem Regum Scotiæ; duodecim Regum Portugalliæ; Undecim Regum Siciliæ; octo Regum Hieruſalem; octodecim Regum Hungariæ & Poloniæ; octodecim Regum Sueciæ & Poloniæ; ſex Regum Sueciæ & Daniæ; decem Regum Navarræ; duo Regum Auſtriæ; duo Regum Cypri; quatuor Burgundiæ, quæ conjuncta conficiunt numerum centum & octuaginta quatuor typorum.

Pars ſecunda complectitur nonaginta ſeptem numiſmatum figuras Cardinalium; quatuor Magiſtr. Ord. S. Joan.; ſeptem Patriarcharum; quatuordecim Electorum S. Imperii; viginti quinque Archiducum; nonaginta ſex Principum Imperii, quarum ſum-

ſumma evadit ad ducentarum & triginta novem figurarum numerum.

Pars tertia habet ducentos & ſexaginta ſex typos Ducum Venetorum, Principum, Marchionum & Principiſſarum Italiæ.

Plurima autem ſymbola in tam vaſto ſexcentorum & nonaginta figurarum numero habentur, quæ ab his Authoribus non ritè ſunt diſtincta, quippe omnibus ſine ulla differentia ſymboli nomen indunt univerſumque opus inſcribunt: *Symbola divina & humana Pontificum, Imperatorum, Regum, &c.*

Scatet inſuper hoc idem opus multis ac variis vitiis, quorum haud infimum eſt, quod hos typos & ſymbola non geſſerint re vera omnes Authores, quibus tribuuntur, ſed pro libitu eorum inventa illiſque tributa ſint. Sunt etiam, quæ nunquam monetæ ulli vel numiſmatibus fuere impreſſa, quamvis in eorum numero nihilominus recenſentur. Præterea plura aliis tribuuntur perſonis, quàm revera geſſerunt. Ita tribuitur Carolo VII. Salamandra, quæ erat Franciſci I. Ludovico XI. Hiſtrix, quæ erat Ludovici XII. Carolo VIII. cervus alatus, qui erat Caroli VI. Ludovico XII. crater, qui erat Franciſci II. & torques S. Michaelis, qui erat Ludovici XI. Franciſco primo utrumque globum, qui erat Franciſci II. In magna tamen celebritate ſemper verſatus eſt hic liber, & abhinc ſexaginta annis à multis Authoribus allegatus, qui his ſymbolis uſi ſunt vel in ſermonibus ſuis vel in publicis declamationibus. Quidam Hiſtorici etiam eò uſque pervenerunt, ut unâ hujus libri authoritate quibuſdam Principibus, quorum contexebant vitam, quædam ſymbola adſcripſere, quibus tamen nunquam uſi fuerant.

Anno 1629. pars quædam hujus Operis rurſum edita eſt Francofurti ſub Authoris primi nomine hoc titulo: *Vitæ Imperatorum Cæſarumque Romanorum Orien-*

*rientis & Occidentis, uxorum & liberorum. Item Tyrannorum, qui Romanum Imperium occupare conati ſunt, à Cajo Julio Cæſare ad Ferdinandum* II. *& annum* 1629. *unà cum eorum effigiebus, & ſymbolis ex probatiſſimis Hiſtoricis, aureis etiam & argenteis numiſmatibus delineatis & Genealogia Auſtriaca, cura Octavii de Strada Francofurti* 1629.

Eodem loco prodiere etiam Anno 1619 ducenta ſymbola Imperatorum, Regum & Principum curante SALOMONE NEUGEBAUERO, hac inſcriptione: *Selectorum ſymbolorum heroicorum Centuria gemina enotata & enodata à Salomone Neugebauero Cadano.* Initium facit ab eo, quod habuit Imperator Rudolphus I. deinde adjicit ſymbola Alberti I. Henrici VII. Ludovici Bavariæ, Friderici I. Caroli IV. Wenceſlai, Sigiſmundi, Alberti ſecundi, Friderici III. Maximiliani I. Caroli V. Ferdinandi, Maximiliani II. Rudolphi II. & Matthiæ. Quæ ſequuntur viginti duo Regum Francorum, at plurima perperam illis tribuuntur. Hæc excipiunt demum quædam Regum Arragoniæ, Caſtiliæ, Siciliæ, Neapolitanorum, Portugaliæ, Navarræ, Angliæ, Scotiæ, Daniæ, Sueciæ, Poloniæ, Hungariæ, Bohemiæ, & nonnulla Electorum, Archiducum, Ducum Burgundiæ, Lotharingiæ, Brunſwigæ, Cliviæ & aliorum variorum Heroum Germanorum.

Duo in volumina etiam coegit omnia ſymbola Ducum Burgundiæ, Brabantiæ & Limburgii, nec non Gubernatorum Belgii Vir Illuſtriſſ. JOHANNES BAPTISTA CHRISTYNUS Eques, Majeſtat. Catholici à conſiliis in ſenatu ſummo Flandrico, proximus à Rege, & omnium conſiliorum de rebus ad ſtatum Belgii pertinentibus Præſes, Plenipotentiariuſque Pacis Noviomagenſis. Impreſſa ſunt ea Coloniæ hujuſmodi titulo inſignita. I*nclyti Brabantiæ Duces, Belgici, Burgundici, Auſtriaci, à Godefri*-

*do,*

*do, qui à Barba nomen accepit, Duce, uſque ad Carolum* II. *Hiſpan. & Ind. Regem, Brabantiæ Ducem. Eorumque ortus, adventus auſpicati, tempora regiminis, connubia, fundationes piæ, obitus, ſepulturæ, Epitaphia, inſcriptiones, elogia, inſignia gentilitia, numiſmata, ſymbola heroica & lemmata epigraphica.*

*Belgii & Burgundiæ Gubernatores ac Archiſtrategi, eorumque ortus & ſeries, adventus auſpicati, tempora Regiminis, connubia, geſta militaria, fundationes piæ, tituli, inſcriptiones, obitus, ſepulturæ, Epitaphia, elogia, inſignia gentilitia, quarteria, fragmenta genealogica, numiſmata & lemmata epigraphica.*

Is omnigena inſignis doctrina diſtinxit inter numiſmata & ſymbola, quæ tantum lemmate, & ea, quæ figuris & lemmatibus conſtant, quorum alia vocat *ſymbola heroica*, alia *lemmata epigraphica.*

ULISSES ALDROVANDUS Hiſtoriam ſuam, quam edidit, Naturalem variis voluminibus, multis implevit ſymbolis, cùm animalium, gemmarum & plantarum tradat deſcriptionem, quæ in ſymbolorum corpora admittuntur.

Proſtat etiam *il Muſeo di Giovan Paolo Reinoldi diſtinto in Impreſe e Emblemi.* In quo ferè ducenta inveniuntur ſymbola, at non tanti videntur acuminis, ut multis ea recenſeamus.

Ut & *Baſilicæ Sanctæ Genovefæ decora Emblematibus illuſtrata.* Triginta duo Elogia ſunt, quibus totidem adjecit ſymbola P. LUDOVICUS DE BRETHE * Gergovienſis Canonicus, Regularis Ordin. Auguſt. Non ſunt planè ad regularum normam confabricata, concinna tamen eorum nonnulla eſſe nemo diffitebitur. Cùm verò Emblematum nomine illa

* *de Clermont,*

la inſigniat, non poſſunt ad exactiora ſymbolorum præcepta examinari improbarique, quippe minus exactitudinis habent emblemata, quàm ſymbola, nec ad eaſdem regulas utraque adornantur. Quod idem etiam innuit in admonitione, quam habet ad lectorem, his verbis: *Appoſita ſunt Emblemata ſcilicet ad ornamentum; non enim Emblematum cauſa Elogia, ſed Emblemata propter Elogia.*

Anno 1588 PRINCIPIUS FABRICIUS publici juris fecit prolixum ſymbolorum apparatum in gentilitia inſignia Papæ Gregorii XIII. cujus titulus ita habet. *Delle alluſioni, Impreſe, e Emblemi del Sig. Principio Fabrici da Teramo ſoprà la vita, opere & attioni di Gregorio* XIII. *Pont. Maſſimo Libri ſei ne i quali ſotto l'Allegoria del Drago arme del detto Pontefice ſi deſcribe anco la vera forma d'un Principe Chriſtiano.* Verum ea nec ſunt Emblemata, nec ſymbola, ſed confuſa ineptarum figurarum colluvies.

Sub finem ſeculi elapſi duobus voluminibus vulgavit SIMON BIRALLIUS ſelecta eorum Authorum ſymbola, qui de iis ſcripſerunt, cujus titulus ita eſt formatus: *Delle Impreſe ſcelte da Simon Biralli. Dove ſono Impreſe tutte nuove ben regolate, ſi di varii gran perſonaggi, come di diverſi elevati ingegni d'ogni qualità, di nobil profeſſione, e di dotte Academie, e di ſtudioſi Academici d'Italia.* Authores collecti hic ſunt cum primis Paulus Jovius, Ludovicus Dominicus, Hieronymus & Vincentus Ruſcellius, Scipio Ammiratus, Bartholomæus Arnigius, Lucas Contile, Pittonius, Paradinus, Palatius, Camillus Camilli, Equitum centuria Sinenſis, Capacius, Torquatus Taſſus & Aſcanius Piccolominus. Atque hac eorum collectione abſolvit volumen prius. Poſteriori multos alios recenſuit. To-

Totum verò opus dialogica forma conſcriptum eſt.

Ultimam, quam vidi ſymbolorum Synopſin, quæque omnium loco eſſe poteſt, omniumque Authorum compendium ſiſtit, cum literario Orbe communicavit Abbas D. PHILIPPUS PICINELLIUS Mediolanenſis ex ordine Canonicor. Regul. S. Johan. Lateran. Eam concinnavit juxta naturalem corporum ordinem, à quibus ſymbola erant deſumta, titulo hujuſmodi præfixo. *Mondo ſymbolico formato d'Impreſe ſcelte, ſpiegate, ed illuſtrate con ſentenze, ed eruditioni ſacre & profane, che ſomminiſtrano a gli Oratori, Predicatori, Academici, Poeti un infinito numero de concetti in queſta impreſſione da mille e mille parti ampliato, ſtudioſi diporti dell' Abbate* D. *Filippo Picinelli Milaneſe ne i Canonici Regolari Lateranenſi Theologo, Lettore di ſacra Scrittura, e Predicatore privilegiato.*

Hujus libri duæ factæ ſunt editiones, quarum ultima Venetiis impreſſa eſt Anno 1670. Additæ huic ſunt in quodvis ſymbolum applicationes ſacræ & morales locaque ex S. Literis, Patribus, Authoribus ſacris & profanis, & Poëtis. Multa ſunt in hac ſynopſi, quæ ipſe excogitavit ſymbola, quæ, ut à cæteris diſtinguerentur, aſteriſco notata ſunt ad operis marginem.

Progreſſum ſuum qualemcunque in hac regione debent ſymbola ſeptem vel octo viris, qui quamvis nihil hactenus de ea re ſcripſerunt, non tamen deſtiterunt hanc artem multis ſymbolis proprio Marte factis inclytam reddere. Hos inter non poſtremus eſt D. Henricus Ludov. Habertus Montmorenciacus ſupplicum libellorum Magiſter, qui cum maxime delectaretur Ovidii facilibus ac nativis loquendi formis, quam plurima hemiſtichia ex hoc Poëta in ſymbolorum petiit uſum, quæ compoſuit gravibus feriisque rebus expeditis. Ingenti trahebatur rei literariæ ſtudio, inprimis Critices, Antiquitatis & Phyſicæ novæ. Vinculum amicitiæ arctum habebat cum qui-

quibusvis eruditione ac ingenio præſtantibus. Ipſius ſola auctoritate ſuum de ſymbolis exaravit tractatum P. le Moine, cui eum etiam inſcripſit ſub nomine Ariſtidis, ejuſque ſymbolis non paucis librum ſuum ornavit, quæ in eo vocantur ſymbola adoptiva. Ad eundem quoque, quo flagrabat in artem ſymbolicam, amorem, quam plurimos adduxit viros magna authoritate pollentes, ita ut eidem rei operam ſuam collocare haud detrectarent, præſtantiſſimæque fœminæ iis ſua cohoneſtareut gynaecæa.

Verbo, is fuit cujus ope Ars ſymbolica inter Gallos eſt ſtabilita. Hujus veſtigiis inſtitit feliciſſimo ſymbolorum fato D. Clemens in ſupremo rei ſubſidiariæ ſenatu aſſeſſor. Ex eo enim habent, quem nunc obtinent, omnem progeſſum ac honorem. Nullus enim magis ſibi Muſas demeritus eſt, neque quiſquam arctius cum Gratiis habuit commercium. Manſuetiores revera reddiderat, tantamque illis conciliaverat gratiam elegantiamque, ut plerique, qui eas ante ob difficultates nimias abdicaverant, poſtea non poſſent non incendi earundem deſiderio, quàm verba miſcuerant cum D. Clemente de earum ſuavitate amoenitateque. In promptu habebat artem & naturam Spectaculorum. Saltationes, quarum fuit author, in admirationem rapiebant quemvis. Bibliothecam habebat exactiſſimam, omniumque feſtivitatum recreationumque, quas in aulis feſtiviſſimis lepidiſſimiſque reperire eſt, refertiſſimam. Principes eorumque conjuges ſumma voluptate audiebant eum de iis differentem, adminiſtrationemque hujus negotii libentiſſime ei committebant. De Cætero, mirum quanta promptitudine valeret ſymbolorum conficiendorum. Nullo fere negotio optima quæcunque excogitabat, quæ non ſolum facilè fluebant, verum tam limatis etiam ſcatebant expreſſionibus, ut alia quævis facili ingenio & acumine vincerent. Plura habebat quam ducenta quam nitidiſſime picta atque verſibus breviſſi-

mis

nis exornata, quæ Filio ſuo reliquit tanquam ingenii ſui rarum depoſitum. Nec in ea re inferior ſt ullatenus Filius Patre. Quamvis enim magna negotiorum tanſmarinorum & aulicorum premaur mole, tamen à re literaria non poteſt cohibere animum, quin non nunquam ſerio in ſymbolorum concinnas penetret applicationes. Hujus quandam concinnam poſſideo picturam, quam effinxerat, cùm ſymbolorum inſtitueretur ludus in aula, in qua viginti præſtantiſſimi magnates totidem exhibentur ſymbolis, quorum in explicationem breves verſiculi ſunt adjecti. Parens ejus D. Clemens exiguum tractatum de arte ſymbolica exaraverat in gratiam cujusdam Foeminæ aulicæ. In quo quæ ab aliis de ea re prolixè & magnis voluminibus ſunt tradita, is ſuccincta, facili ac expedita methodo tractat omnia. Auctorem eum quoque habent ſymbola, quibus inſignita eſt porticus S. Clodii & a me publici juris facta ſunt in tractatu, quo ſymbolum Regis a malevolorum morſu vindicavi. Apud me enim ea pro ſua benignitate deponebat paucos ante obitum ſuum dies, ut picturas perfectas redderem, quarùm tantum initium erat factum.

Oblectatus eſt etiam valde ſymbolis Illuſt. Cardinalis Mazarinus, eamque in illa tam proclivem voluntatem ex patria ſua huc tuliſſe non levis conjectura eſt. Ipſe ſymbolum Regis ut concinnaretur exactum ac ejus perſona dignum, curam geſſit, quare hoc oneris haud dubitavit imponere D. d'Ouvrier, qui & ingenio multum valebat & ad inſcriptiones ſententiaſque argutiſſimas inveniendas videbatur natus. Quod cum in ſe recipere maximè initio cunctaretur imperitiæ hujus rei cauſam interſerens, utpote quam nec unquam dicebat ſe tractaſſe, nec ejus regulas in numerato habere; principia artis Illuſtr. Cardinalem haud piguit ei tradere, accurateque deſcribere, qua in re po-

potiſſimum verſetur hujus rei cardo, & quomodo feliciſſimè perſonarum illuſtrium exprimantur cogitata & conſilia. Hinc ſolem in iſtum campum, cujus copiam ſibi fecerat Illuſt. Cardinalis, pingi curavit lemmate adjecto, NEC PLURIBUS IMPAR. Quæ inventio, quamvis optime ceſſerat, multorum tamen invidiam in ſe derivavit, qui dente aſperrimo eam rodebant, infamemque reddere omni contentione laborabant. His ipſe tractatum quendam oppoſui, quo ejus ſymbolum contra accuſationes illorum defendo, idque una veritatis amore impulſus, & ut meritorum cumulo nihil decedat, quibus emicuit Author tàm injuſte laceſſitus. Is quoque adornavit concinnum illud ſymbolum horti Heſperidum, cujus cuſtos pingebatur ſerpens, hac epigraphe: SERVAT ET ABSTINET, quo innuitur fidelitas cujuſdam ſummi ærarii tribuni, quod ut aptius præfigurari non poteſt quàm malis aureis hujus horti, ita nec concinniùs ejus tribunus, quàm ſerpente ex gentilitiis ſuis inſignibus deprompto.

Quemadmodum autem totus in eo erat hic ſapiens & tam alta mente præditus miniſter, ut nihil non converteret ad gloriam Regis, ejusque regni proſperrimum ſtatum: ita id quoque ſibi negotii dari credidit, ut ad regulas artis redigeret ea ſymbola & numiſmatum facies, quæ ſingulis annis in memoriam rerum à Rege benè geſtarum cudebantur. Quocirca negotium in primis dedit D. Abbati de Bourzeys, D. Chapellano, D. Carpentero & D. Perroto Academiæ Gallicæ civibus, ut conficerent ſymbola in nummulos æreos ædificiorum, rei nauticæ, theſauri Regii, & fructuum adventitiorum. Eorum opera parata quoque ſunt, quæ extant in peripetaſmata Gobelii. Cùm verò vita excederent D. Abbas de Bourzeys & D. Chappelanus, in eorum locum ſuffecti ſunt D. Quinautius & P. Abbas Talemannus.

Hiſce

Hiſce viris illuſtriſſimis, ut accenſeam P. DE BUSSIERES ex Societatè Jeſu, referendæ gratiæ, ſi nihil aliud, jubet voluntas. Ei enim uni debeo Muſarum manſuetiorum incunabula. Et pauci ſunt certe Authorum antiquorum & recentiorum quacunque etiam lingua, Græca, Latina, Gallica, Italica & Hiſpanica editorum, quorum ad cognitionem non pervenerat atque ex eorum lectione multum fructum perceperat. Laboris erat patientiſſimus, quamvis temperamento uteretur ſatis imbecilli, valetudineque infirma. Solitudinem elegerat ob difficilem linguam, ubi totus vacabat meditationi, lectioni & conſcribendis libris. Poëſi ſummopere delectabatur, cui etiam videbatur natus. Primum opus, quo orbi literario innotuit, erant inſcriptiones Poeticæ gallico idiomate exaratæ. Quod eodem tempore ſecuta eſt Hiſtoriæ univerſalis epitome, quam inſcripſit *Floſculos Hiſtoriarum*, ſtylo conciſo ac eleganti conſcripta. Cùm in colloquium eſſet ventum Reaci de pace & Regis matrimonio, Hiſpani Magnates plurimi qui aderant, illum librum habebant, cujus tanta inter eos erat admiratio, ut de vita hujus Patris & loco commorationis, quæ erat Lugduni, certiores redditi, Mareſchallum de Villeroy Provinciæ Gubernatorem appellarent non tantum rerum novarum cauſa, ſed cum primis expiſcandi gratia, num quædam alia ab hoc Patre edita proſtarent. Hac ratione magnum ſibi conciliavit favorem & gratiam Archiepiſcopi Lugdunenſis, qui Frater erat D. Mareſchalli, adeò ut nemo ferè literatorum per Lugdunum iter faceret, quem ad ejus cognitionem & amicitiam non perducebat, cujus ſingularem indolem meritaque magna omnibus nota volebat. Bibliothecam habebat exquiſitam librorum Gallicorum, Italorum, Hiſpanorum & Latinorum. Qua in re quàm maximè adjumento illi erat R. Petrus Oliva ejus Societatis Generalis, qui eum peramanter habebat magnique faciebat tàm

F propter

propter inſignem ſuam pietatem, quàm ingenii ſingulares dotes. Omnia enim ei lubens ſuppeditabat, quæ ad Bibliothecam ejus ornandam neceſſaria putabat. Vix dici poteſt, quanto affectu ferebatur in Poëma Epicum, quem ſuggeſſiſſe ſibi non una vice ex eo audivi frequentem lectionem Homeri, Virgilii, Taſsi, Arioſteni, Bacciolini & Chiabreræ. Hinc etiam amicitiam D. Chapelani mirum in modum ambiebat, quem ſciebat Virginis cantionem moliri. Quo cum poſtea magnum habuit literarum commercium, uti & cum D. de la Chambre. Erant qui D. Segnierium Cancellarium ac eruditorum peramantem eo perducere volebant, ut in eruditorum numerum promoveretur Pariſiis, verum ſolitudo, in quam adeò proclivis erat, impedivit, quominus ſe tam illuſtri theatro ſiſti voluerit, ubi haud dubiè magnam pro ea, qua præſtabat omnigena eruditione, ſibi acquiſiviſſet famam & authoritatem. Latine vulgavit Poëma, in quo trium librorum amplexu deſcripſit * Reacum obſidione Anglorum liberatam. In animo etiam habebat Epico Poëmate celebrare Rupellæ expugnationem; verùm hoc diſſuadentibus quibuſdam amicis non perfecit; quod nimis recens iſtud eſſet factum, nec ob id fictionibus ullis ornari pateretur, quod hujus poëmatis proprium eſt. Quibus rebus factum eſt, ut animum converteret ad deſcribendum Scanderbergum, de quo octo exaravit libros, quibus diſſertationem præfixit de deſcriptionibus & comparationibus, quæ in hoc genere poëſeos adhibentur. Alia multa in re poëtica molitus eſt tùm gallica tùm latina, quorum quoddam erat inchoatum in triumphum Crucis ſub Heraclio, aliud de Clodoveo, cujus unus liber in lucem editus eſt. Pie admodum & religioſe venerabatur S. Johannem, cujus nomen gerebat, quare ejus Apocalypſin etiam carmine eleganti deſcripſit. At non adeò ejus animum occupaverat Poeſeos amor, quin ſimili

* Iſle de Rbé.

ſi affectu etiam complecteretur Hiſtoriam. Nulla certè alicujus potior eſt ea, quam ipſe Galliæ hiſtoriam latinè edidit. Ea abſoluta multas alias mente volvebat, at valetudo, qua utebatur minus firma, conatibus ejus valdè obſtitit. Japoniæ etiam delineationem quandam fecit, quæ typis nunquam fuit deſcripta. Synopſi Hiſtoriæ univerſalis conciliaverat ſibi amicitiam Ampliſ. Cardinalis Facchinetti, cujus opera & commendatione prelo ſubjecta eſt Hiſtoria ejus Galliæ. Quocirca etiam diverſis latinis carminibus ejus famam cohoneſtavit. R. Epiſcopus Monaſterienſis D. Paderbornius literatorum maximus Patronus ſua illum donabat effigie familiaritatem ejus maximopere ambiens. Tandem magno meritorum cumulo oneratus magnamque æſtimationis & virtutis famam conſecutus, mortuus eſt Lugduni 1678. die 26 Octob. ubi diutius quadraginta annis in grande hujus urbis decus vitam duxerat. Vehementer delectatus eſt ſymbolis, quorum haud pauca concinnaverat in ornamentum villæ, cujus poſſeſſor erat ejus frater ad clavum cujuſdam civitatis haud procul Lugduno ſitæ ſedens, quem cùm maximo amore proſequeretur, verſus quoſdam latinos iis ſubjecit officia Chriſtiani continentes, qui paraphraſeos inſtar ſunt horum ſymbolorum. In his utroque officio inſigniter functus eſt & fidelis Eccleſiæ Paſtoris & Fratris dulciſſimi ac pii. In ſermonem latinum tranſtulit Sermones R. Pat. Olivæ, quos offerebat Archiepiſcopo Lugdunenſi. Tribus exornavit ſymbolis epiſtolam dedicatoriam, quorum primum continebat ſtellas his verbis adſcriptis: SUPRA INFRAQUE JUVANT. Quo utrumque honorem notabat, quo cumulatus erat Archiepiſcopus Lugdunenſis, qui eodem tempore regium ejus Provinciæ agebat præfectum. Secundum, malum punicum patens hac epigraphe: NE NUMERA NAM PLURA LATENT, i. e. Noli horum granorum numerum inire, quia intus multò plura abdita ſunt, quàm quidem extra apparet. Tertium,

tium, arcum cœleſtem hoc lemmate: NON FERIT. Ipſe duplex ſibi Symbolum aſciverat, quorum prius erat Aquila ſolem intuens his verbis Virgilii:

HIC AMOR.

Poſterius Aquila in deſerto petræ inſidens hac inſcriptione.

HIC PATRIA EST.

Quo ſignificare volebat quam ſibi chara eſſet ſolitudo & contemplatio.

Omnibus, qui quadam eruditionis fama celebrantur Pariſiis, nota eſt ornatiſſima Virgo de la Vigne, non tantum ſua ſumma modeſtia, verum & mira tribus vel quatuor linguis loquendi facilitate. Quæ quantopere ſymbolis afficeretur, ex eo apparet, quod quædam ingenioſiſſima reguliſque maxime congruentia excogitaverit, quibus omnes illos ad eorum amorem trahebat, quos iis donare placuerat. Hujus non ſemel mentionem fecit confabulationum inter Ariſtidem & Eugenium author in colloquio, quod de *ſymbolis* titulum gerit. Ipſa eſt, quam ægre habentem ingenioque ac virtute perquam conſpicuam quidam Amicorum notabat Sole eclypſin patiente, his verbis Italicis adjectis: E PUR LE OBSCURA TUTTE. Eam quoque ſymbolis celebrarunt R. Abbates Regnier & Talemannus. Illum enim concernit, quod ſcriptum extat in eodem colloquio, quendam familiarem Authoris, ſtrenuè munus ſuum obeuntem in Academia Gallica & Florentina, in adverſa valetudine utentis honorem effinxiſſe libram, in qua ponderatur corporis debilitas cum ingenii ſublimitate, altera ejus lance depreſſa, altera elevata, hoc lemmate:

HINC DEPRIMOR, ERIGOR ILLINC.

Ipſam etiam aliquod in ſui mali ſolatium refert compoſuiſſe, ex quo ejus fides ac voluntatis cum divina conſenſio apprimè elucet. Craterem enim fontanum ponebat, in quem lapis cadit multos circulos faciens,

faciens, his verbis Italicis:

FERISCA PUR CHE CORONI.

Feriat modò coronet. Atqui hoc ſymbolum idcirco plus gratiæ habebat, quod ex calculo tùm graviter laborabat ac poſtea eodem malo enecata eſt.

Aliud ejuſdem extat, quo ſat eleganter & nomen & genium ſuum exprimebat. Vitis enim erat hac Italica epigraphe.

ARDOR TEMO, E GIELO M'OFFENDE.

Plura etiam in eam fecit D. Clemens, in quibus unum eſt, quo ſanam ejus mentem ſive Spiritum Dei, quo ſuſtentabàtur ſolo ad ultimum vitæ articulum redacta, deſcribere volebat. Navim quippe pingebat tempeſtate fractam, quæ à vento tantum agitabatur, hoc lemmate:

SOLUSQUE REGIT ME SPIRITUS.

Huic Fœminæ etiam debemus illud Symbolum, quod in mortem R. Abbatis Verji factum eſt, in quo ſtudiis nimiis eum eſſe enecatum notat per facem magnam incenſam ac ejus effigiei ſuppoſitam cum hac inſcriptione Hiſpanica:

MAS VIDA SI MENOS LUZ.

*Plus vitæ, ſi luminis minus.*

Præterea linguam Latinam & Græcam æque in numerato habebat ac Italicam & Hiſpanicam, & cùm ſuffragio Academiæ Gallicæ largiretur præſtantiſſimæ Virgini de Scuderi primum eloquentiæ prœmium, quod ad mentem D. de Balzac prima vice tunc diſtribuebatur, qui magnam pecuniæ vim in id Academiæ cavit, ut biennio quovis in eos effundatur aliquod prœmium, qui res ab eo propoſitas ſermone ſoluto & ligato omnium excellentiſſimè expreſſiſſent, ea prædictæ Virgini coronam lauream ex auro confectam miſit concinnis gallicis verſibus ornatam, qua ſexus ſuæ nomine ei honorem gratulatur, quem præ tot celeberrimis competitoribus una nacta erat. Difficile fuit initio authorem hujus poëmatis atque mu-

muneris invenire, poſtquam autem innotuerat id in gratiam præſt. Virginis de Scuderi & ab alia Virgine eſſe præſtitum, nemini amplius dubium fuit, quin hoc ab ea editum fuiſſet. Quicquid enim operis locaverat, tamen latere id non potuit, ex iis autem ſolis cognoſcere licet, quo ingenii acumine ea fuerit dotata.

Verum in vivis eſſe jam deſierunt, quotquot celeberrimi Viri ac Fœminæ hactenus à nobis ſunt recenſiti, itaque ad vivos ut nos conferamus tempus foret, niſi de iis nos tacere juberet eorum decus ac honoris, in quo verſantur, faſtigium. Etenim non ignoro quoſdam præſtantiſſimos viros, qui etiamſi & Pariſiis & in aliis Provinciis rebus ſummis præſint, tamen non inſuper habent adhucdum ſymbolicam Artem, ſed multa egregia interdum concinnant. Ea Epitomæ noſtræ inſerere conſtituimus, quàm, hoc de Scriptoribus judicio abſoluto, tradituri ſumus, unde tantum utilitatis redundaturum eſſe in lectores perſuaſi ſumus, quantum terræ ex cœli defluvio redundat, quantumvis fontium ſimus ignari.

Anno 1679 Theſes Regi dicatas in Collegio Clari montis defendebat Illuſtr. Princeps de Turenne filius natu maximus Ducis de Boüillon, ubi poſteriora duo agmina Reg. Majeſtatis ſymbolis ac emblematibus inſignita erant, quorum inſcriptiones præcipuas referebant victorias. Quod opus meo maximè conſilio factum eſt, ſymbolaque tria & viginti in hunc finem a me parata. Epiſtolam dedicatoriam, emblemata, inſcriptiones ut & ſex vel ſeptem ſymbola concinnata erant à Pat. DE LA RUE, reliqua adjiciebant alii; eoſque inter ornamentorum ac diſpoſitionis curam in ſe recipiebat D. Sevinus Illuſtr. Cardinalis de Bouillon pictor. Qua occaſione, cùm mille aliquando ex meis editurus ſim, ſignificare conſultum duxi, me operam meam hic quoque collocaſſe in conficiendis ſymbolis, quæ epitomæ meæ tamen inſe-

inſeram, quam omnium eorum, quæ à me facta ſunt, dabo, quamvis aliorum operibus nonnulla in hanc rem parata jam ſint inſerta.

Extant denique præter adductos illos Authores etiam multæ narrationes, deſcriptiones Feſtorum, ſolennia funeralia, receptiones Principum, & hoc genus alia, quæ variis ſymbolis ſunt ornata. Hinc ea hic tradere conſtitui quæ oculis uſurpare hactenus mihi contigit, ut ad ea recurrere poſſit pro lubitu curioſus lector, nihilque deſit huic, quod in nos ſuſcepimus, de Authoribus rei ſymbolicæ judicio. Nullum tamen hic ſervabo ordinem, ſed eorum hic talem conſtituam catalogum, prout ſe oculis noſtris objicient.

*Breve deſcrittione dell' apparato funebre fatto per le ſontuoſe eſſequie della Sereniſſima Reina Iſabella nel duomo di Milano.* In hoc apparatu ſexdecim habentur ſymbola, quorum authores fuere Patr. Roch Maria Ferrarius, Johannes Baptiſta Viſcontius, & Salvator Scarductius, qui tum erant Profeſſores Rhetoricæ in Collegio Brerenſi.

*Funerale fatto nel Duomo di Torino alla glorioſa memoria dell invitiſſimo e potentiſſimo Principe Vittorio Amedeo Duca di Savoja, &c.* Hoc opuſculum complectitur quinquaginta ſex ſymbola à P. Ludovico Joglario adornata.

*Pompa dell' eſſequie celebrate al Sereniſſimo Edoardo Duca di Piacenza di Parma, &c. l'anno 1648. deſcritta dal P. Franceſco Raulino della compagnia di Gieſu.* Qui tractatus centum & viginti novem ſymbola continet.

*Racconto dell' eſſequie fatte in Cremona all' eminentiſſimo Sign. Cardinale Pietro Campori veſcovo deſſa citta.* In quo exſculpta ſunt undecim ſymbola cum quibuſdam Emblematibus.

*Il Trionfo delle virtu contrà i moſtri corſa delle Dame*

*nelle leze nella piazzi del caſtello di Torino alli* 24 *Genaro* 1669. Cui adjuncta ſunt viginti quatuor ſymbola.

*Relatione della feſta fatta in Milano per la Canonizatione di San Carlo Cardinale di S. Praſſede, e Arciveſcovo di detta città nel anno* 1610. Hac in deſcriptione Feſti quadraginta quatuor ſymbola exhibentur.

Extant etiam octo ſymbola in relatione, quam fecit *Academicus innominatus*, cùm imago quædam S. Virg. Anno 1649 Modenam transferretur.

Magna illorum etiam copia reperitur in deſcriptione juſtorum, quæ facta ſunt in honorem Comitiſſæ Goveanæ Cravettæ in Eccleſia Collegiali S. Petri & S. Pauli Carmagnoli Anno 1657 at pauca hic ſunt ad artis normam aptata, nonnulla aliunde petita.

Novem quoque ſymbola conſpicua ſunt in quadam relatione, cum baptiſmo traderetur Princeps junior Parmenſis Edoardus Farneſius Anno 1668. cujus titulus ita habet: *Cielo e Terra Academici creati nel portarſi ſu l'onde ſacre del Bateſimo il Sereniſſimo Principe Edoardo Farneſe.*

Cum Panormi infectionis gravitate remittente Anno 1664 feſtum celebraretur, propterea quod invenerant corpus S. Roſaliæ, quam protectricem habent, plurima in hujus feſti decora facta ſunt ſymbola poſtea tractatulo quodam evulgata, quem inſcribebant: *Grati Oſſequii della conca d'oro à Sancta Roſalia vergine Panormitana.*

Anno 1062. certamen inſtitutum eſt à centuria Sinenſi in receptionem Principis junioris Toſcaniæ, in quo comparebant viginti duobus ſymbolis ornati, quæ videri poſſunt in ea relatione, quæ edita eſt hoc titulo: *Relatione della gioſtra à campo aperto fatta in Sienna da Signori huomini d'arme Saneſi alla Real preſenza de ſereniſſimi Principi di Toſcana.*

Exequiæ Philippi Secundi, quæ fiebant Neapol Anno

Anno 1599. quinquaginta ſex ſymbolis cohoneſtatæ ſunt, de quibus extat opuſculum ſub hoc nomine: *Pompa funerale fatta in Napoli nell' eſſequie del Catholico Rè Philippo II de Auſtria ſcritta da Ottavio Caputi di Conſenza.*

Anno 1647. ampliſſimè Pariſiis efferri curarunt Illuſtriſ. Principem de Condé Patres è Societ. Jeſu ex Collegio Clarimontis, ubi omnia ſymbolis erant repleta, quæ collecta ſunt in relationem à Bureau d'Adreſſe die 20 Julii ejuſdem Anni.

Iidem Patres obtulere undecim cum verſibus latinis Rev. Archiepiſcopo Pariſienſi Anno 1672, quæ inſcripta erant: *Illuſtriſſimo Eccleſiæ Principi Franciſco Harlæo, Archiepiſcopo Pariſienſi ſymbola Heroica.*

ALPHONSUS MANCINIUS Ampliſſ. D. Cardinalis Mazarini nepos offerebat Patruo ſuo ſeptem ſymbola à Pat. Rapino ſtudiorum ſuorum Gubernatore excogitata, quæ cum aliis dein edidit iſte Pater verſibuſque latinis exornavit. Idem fecerunt P. Ruë & de la Britonniere variis occaſionibus.

Anno 1672. nonaginta publicavit P. JOUBERT in vitam & res pulchre geſtas Franciſci de Borgia, cùm in Sanctorum numerum adſcriberetur apud Avennicos, quæ epigrammatis Latinis & Gallicis inſignita erant. Ea ſunt acumine plena & arte docta polita.

Cùm jubilæum ageretur S. Johannis Baptiſtæ Lugduni 1666, multa ſymbola in hæc ſolemnia compoſuit P. CHARBONNIER. Ea ſequenti anno offerebat D. du Gué Forenſium rerum præfecto & R. Abbati Telliero, qui jam eſt Archiepiſcopus Rhemenſis, quæ publici juris faciebat additis verſibus & orationibus brevibus.

*Impreſe moti e verſi fatti in lode del Duca di Oſſuna vicere di Napoli nella feſtivita del ſantiſſimo Sacramento nell' anno* 1583.

*Impreſe del Officioſo Academico intronato raccolte*

*da lo Sconoſciuto Academico Unito in Siena con figure.*

In pompam funebrem Sereniſ. Reginæ Hiſpaniæ Margaritæ Auſtriacæ conjugis Philippi tertii decem exhibita ſunt * Viglebani in territorio Mediolanenſi.

Item duodecim in juſta Philippi IV. Regis Hiſpaniæ, quæ à Patribus Barnabitis Collegii S. Alexandri Mediolani edebantur hoc titulo: *Pietoſi Tributi Reſi alla grand' anima del Monarca* Filippo IV.

Patres Collegii Jeſuitarum, quod eſt Taurini, triginta tribus exornabant templum magnum ejuſdem urbis, cùm tumulo ſuo inferrentur duæ Duciſſæ Sabaudiæ, altera Chriſtiana Gallorum, altera Franciſca Aurelianorum, quæ poſtea relatione adjecta hac inſcriptione ſunt vulgata: *Il Teatro del dolore apparato funebre fatto nel duomo di Torino alle Altezze Reali di Chriſtiana di Francia, e Franceſca di Borbone* 1664.

Non pauca etiam concinnavit BOLDONIUS in Cardinalem Montium Archiepiſcopum Mediolanenſem, quod opus tali inſignitum eſt titulo: *Theatrum temporaneum æternitati Cæſaris Montii S. R. E. Cardinalis & Archiepiſcopi Mediolanenſis ſacrum, Octavio Boldonio Authore Mediolani in templo Sancti Alexandri excitatum menſe Auguſto* 1635.

Ducenta quoque ſunt elaborata à P. DOMINICO GAMBERTIO Mutinenſi in exequias ſolennes Illuſtriſ. Ducis Mutinenſis Franciſci primi, quæ impreſſa ſunt in folio ſub hoc titulo: *l'Idea de un Principe e Heroe Chriſtiano in Franceſco I. d'Eſte, di Modena, e Reggio Duca VIII. Generaliſſimo dell' arme Reali di Francia in Italia rappreſentata alla publica luce col funerale apparato ſpoſte nelle ſolenni Eſſequie l'anno* 1659 *alli* II. *di Aprile, in Modena celebrate.*

Continent etiam quædam Regum Gallorum & perſonarum iſtius Regni illuſtrium ſymbola duo illa volumina, quæ Metalicæ rei Galliæ nomen gerunt, quorum

* *à Vigeve.*

um primo recenſentur res Regum Reginarumque publice & privatim geſtæ, quæ in aureis, argenteis æreiſque eorum numiſmatis expreſſæ ſunt. Alterum vero complectitur numiſmata multorum virorum & ortu & dignitate clarorum.

Pari modo quædam invenies in ſynopſi numiſmatum, quam Luckius collegit atque tali inſcriptione edi curavit: *Joannis Jacobi Lucki Sylloge Numiſmatum elegantiorum, quæ diverſi Imperatores, Reges, Principes, Comites, Reipublicæ, diverſas ob cauſas ab Anno* 1500 *ad annum uſque* 1600 *cudi fecerunt.*

*Dialogo della gioſtra fatta in Trevigi l'anno* 1597 *deſcritta per Giovanni della Torre, ove ſe hanno diverſi ingenioſi, e piacevoli diſcorſi intorno alla dichiaratione, e interpretatione delle livrée, Impreſe e motti di ciaſcuno di Cavalieri, con un Sommario d'un altra nobiliſſima gioſtra fatta l'anno* 1481.

Jacobus le Vasseur Academiæ Pariſienſis Rector vulgabat quædam Anno 1609. Libri titulus ita habet: *Les Deviſes des Rois de France, Laines & Françoiſes, tirées de divers Autheurs anciennes & modernes, avec un brieve expoſition d'icelles en vers François, & la paraphraſe en vers Latins, par Michel Grenet de Chartres.* Hæc vero ſymbola nihil aliud ſunt quam hemiſtichia verſuum, quæ Regibus Galliæ applicantur haud ſecus atque ea, quibus eorum effigies in ponte Virginis S. conſpicuæ ſunt in Reginæ introitum redintegratæ. Exempli loco adducam, quod in Pharamondum adornavit:

Arbitrii mihi jura mei.

*Plus ne veut le François gemir deſſous ta main,*
*Il s'établit des loix, garde ton droit, Romain.*

Ver-

VERSIO.

*Arbitrii nunc jura ſui vult Gallus habere,*
*Tu tua fac ſerves Romule, jura tibi.*

Mixta eſt quoque Camerarii Emblematum centuriis centuria ſymbolorum. Inter quæ elucet, quando pingit leonem ſimiam edentem ad ſe ſanandum hac epigraphe: AD MEDELAM. Quo notat Principem, abigentem adulatorem, qui curam ſalutis publicæ impediverat.

Habebat etiam multa ſymbola fabuloſa heroicorum facinorum narratio Equitum Gloriæ, à FRANCISCO ROSSELO concinnata, cùm celebraretur ludus equeſtris in Epithalamium Regis, ubi propugnatores & oppugnatores triginta tria gerebant.

P. PETR. ABBAS magnum volumen edidit Elogiorum acumine multo & antitheſi refertum, quo in libro etiam tradit quadraginta ſex ſymbola acutiſſima in myſteria vitæ S. Virginis & ſubjecta alia.

Apparebant etiam viginti quinque optimæ notæ ſymbola in ſuperbis illis equeſtribus pugnis, quas Romæ die 25 Februari 1634 inſtituerat Illuſtr. Cardinalis Antonius Barbarinus. Inſcriptio hujus feſtivitatis erat. *Feſta fatta in Romi alli 25 Febraro 1634. e data in luce da vitale Maſcardi.*

Gemina edita ſunt numero viginti in connubia Coſmi de Medicis, & Mariæ Magdalenæ Archiduciſſæ Auſtriacæ Anno 1608.

Et Collegium Romanum viginti quatuor ſiſtebat, cùm Cardinalis Burgheſius Papæ Pauli V. nepos magnifico exciperetur apparatu. Ea prelo vulgari curavit P. PAULUS BOMBINUS hoc nomine: *Veſtigium Gymnaſii quod in Romano Societatis Jeſu Collegio ampliſſimo Principi Scipioni Cardinali Burgheſio Romanæ olim Muſæ dedicarunt. Rudem ejus delineationem eidem Principi offert Paulus Bombinus ejuſdem Societatis Sacerdos.*

Eo-

Eodem modo etiam excepti ſunt Cardinal. Barbarinus, Chigius, Roſpiglioſius & Altierus. Multa enim in eas ſolemnitates ſymbola adornata erant, quæ unà cum harum feſtivitatum deſcriptione emiſſa ſunt.

Nec minori pompa excepta eſt Regina Sueciæ, quippe aula, porticuſque, per quas ipſi eundem erat, magno ſymbolorum numero decoratæ erant.

Multa etiam vidi, quæ triginta annorum decurſu Bruxellis facta ſunt, in Feſtum S. Sacramenti.

Præterea omnes priores literæ Alphabeti in magno Dictionario Academiæ, quæ vocatur *la Cruſca*, ſymbola Academicorum illorum continent, qui huic operi operam ſuam collocarunt & induſtriam.

Ex his igitur & multis aliis ea ſedulo collegi ſymbola, quarum hic Syllogen vides amplam refertiſſimamque juxta corporum ſeriem diſpoſitam. Millenarium numerum hic excedunt, ne majorem dicam, quæ in *Mundo ſymbolico* R. Abbatis Picinelli haud reperiuntur. Maximam enim partem eorum nunquam vidit, quæ in Gallia concinnata ſunt exactitudine & ingenii ſubtilitate non minus inclyta. Ducenta hic etiam ſiſto D. Clementis Senatoris rei ſubſidiariæ in ſummo Senatu, quæ dubio procul elegantiſſima ſunt acumineque ingenti referta. Multi adhuc ſunt alii, qui omnem movent lapidem, ut exactiſſima quædam inveniant, nec fruſtra eorum labor inſumitur, ingenuè fateor. Acceptum interim gratumque quin habitura ſit Reſpublica literaria, quicquid hic operis à me locatum eſt in colligendis ſymbolis, quæ innumeris ferè locis ſejuncta & diſperſa erant, haud eſt cur mihi non perſuadeam. Nullo enim labore hic quamplurima reperient, quibus animo ſuo faciant ſatis, ſive ea expetant pro ſigillis inſculpendis, ſive muſeolis exornandis, ſive effigiebus decorandis, ſive bonis ſignandis, quippe in quatuor vel quinque millia

lia eorum numerus excrevit, ex quibus pro lubitu quæque ſeligere, vel ad eorum imitationem alia concinnare, vel tanto præſtantiſſimorum exemplorum numero exiſtente de novo quædam cudere poſſunt.



# PHILOSOPHIA
# IMAGINUM
i. e.
## S Y L L O G E
# SYMBOLORUM
## A M P L I S S I M A,
*quâ*

Plurima eorum, quæ proſtant, ſumma diligentia ſunt congeſta methodoque ſuccincta exhibita.

# COELUM & ASTRA in SYMBOLIS.



I. *Cœlum cum verbis Virgilii.*

MENS AGITAT MOLEM.

*C'eſt une Intelligence qui en regle les mouvemens.*

HOc ſymbolum numiſmati cuidam impreſſum in honorem Illuſtriſſimi Cardinalis Richelieu notat ejus ingenium, quo valebat, eumque proximum à Rege ſtatus negotia quævis mentis inſtar mo-

derari ac regere. Quod etiam omnibus illis, qui ſummis rebus ſapienter præſunt, applicari poteſt, haud ſecus ac Virgilius id ad Providentiam Dei applicat, qui omnia gubernat atque id circo à Gentilibus anima mundi habitus

II. *Cœlum.*

NIHIL QUÆSIVERIS EXTRA.

*Ne cherchez rien au de là.*

Extra cœlum cum inania ſint, quæcunque apparent, animoque tantum fingantur, quæ tam ſpatioſa videntur, fallat ipſe ſe neceſſe eſt, qui aliorum bonorum ſatagit quàm cœleſtium, quippe alia vera extra ea non dantur.

III. *Cœlum quod omnem obvolvit terram.*

TEGIT OMNIA.

*Il couvre tout.*

Ex Lucano id deſumtum eſt, cujus verba ſunt: *Et quod tegit omnia cœlum.* Ad Principem trahi poteſt, qui ſubjectorum ſalutem ſumma promovet ac protegit cura, uti & ad providentiam Divinam, qua cuncta gubernantur.

IV. *Cœlum cum his verbis latinis.*

IMMOTUM IN MOTU.

*Il ne change point d'aſſiette, dans tous les mouvemens qui l'agitent.*

Vel hoc verſu Italico eodem redeunte.

NE PER MILLE RIVOLTE
ANCOR SON MOSSO

Primum tranſlatum eſt ad adverſa, quibuſcum colluctatus eſt Illuſtriſ. Cardinalis ad clavum reipublicæ

cæ ſedens. Ad quemvis præterea referri poteſt, qui animo conſtanti fortunæ acerbitates vincit. Proprium tamen ſymbolum fuit Ludovici Cardinalis d'Eſte Regis Ludovici XII. Nepotis.

V. *Cœlum Serenum.*

NON SEMPER IMBRES.

*Le mauvais tems ne dure pas toûjours.*

Lemma ex Horatio eſt petitum. Secunda ſuccedunt adverſis uti cœlum liquide ſerenum nubibus turbulentis.

VI. *Coelum undique vim ſuam & influxum emittens.*

IN OMNEM TERRAM.

*Sur toute la Terre.*

Quo iterum depingitur Providentia Divina. Quadrat quoque in quemvis, Apoſtolorum vel alium quendam, qui ſtudio converſionis omnium gentium incenſus ad omnes mundi partes curam ſuam extendit. Idem haud inepte applicares ad authoritatem Papæ & Eccleſiæ Romanæ, quæ per totum terrarum orbem ſe diffundit.

VII. *Coelum ſtellis conſperſum.*

OJOS MUCHOS, LINGUA NINGUNA.

Oculorum multum, linguæ nihil.

*Beaucoup de yeux, point de langue.*

Quod factum eſt in aulicum quendam prudentem; qui cum multa à Principe minus rectè fieri ſciret, nihil tamen eorum propalavit. Hujus ſymboli inventio plerumque tribuitur Abbati * Montiniacenſi, qui mortuus eſt Epiſcopus Leopoli, cujus epiſcopatus Ponti-



* *De Montigny.*

tificias literas acceperat, idque concinnatum ab eo perhibent in Sereniſ. Ducem de S. Aignan Palatii ſummum Cubicularium.

VIII. *Coelum atris nubibus coopertum, claris tamen interſtinctum.*

MENTRE E' PIU FOSCO SPLENDE.

Splendet nubilo majori.

*Il brille lors qu'il eſt plus ſombre.*

In quendam, qui gratia Principis amiſſa ingenii ſui eximias exſerebat vires.

IX. *Coelum nubibus coopertum.*

NON SEMPER CLARUM.

*Il n'eſt pas toûjours ſerain.*

Non ſemper arridet fortuna, verùm ut non omnibus horis ſapit homo, ita non omni tempore æque fortuna ſecunda utitur, ſuas etenim revolutiones habet ea, uti cœtera hujus mundi quæque.

X. *Coelum.*

ASSIDUO IN MOTU, aut ſi mavis IN MOTU SEMPER.

*Toûjours dans le mouvement.*

Quo homo ſignificari poteſt, qui ſemper improbo ac indefeſſo occupatus eſt labore. Geſſit id ſymboli quidam Italus Academicus, qui ex more ibi recepto vocabatur *Il continuo.*

XI. *Alius quidam ejuſdem Academiæ civis qui cognominabatur* Il rapito *idem gerebat ſymbolum hoc lemmate.*

IN CONTRARIUM.

*Par des mouvemens oppoſées.*

Quia

Quia contrario motu feruntur cœlum & aſtra. Aſtra proprio feruntur motu ab ortu ad occaſum, cùm cœlum ſuo motu ea ferat ab occaſu ad ortum, unde eorum motus ſingulis annis renovantur. Quo innui voluit ſe nunquam non ferri motibus hujuſmodi, qui rationi contrariantur, eoſque ortum ducere vel à conſuetudine, vel ab inclinatione, vel à diſpoſitione, qua eſſet conſtitutus.

XII. *Globus terreſtris cum omni ſuo decore.*

INDICAT AUTHOREM.

*Il fait voir qui l'a fait.*

Mundum eſſe opus Numinis ſapientis ac omnipotentis ex conſpectu ejus cuique vel leviter intuenti patere poteſt. Hoc ſymbolo inſignivit P. Carolus Bovius regulas Societatis Jeſu, quas cùm examinaret Papa Paulus III. tam acuratas reperiit, ut in hæc verba erumpere haud dubitaret: *Digitus Dei eſt hic.* Saltem ex ſapientiæ ejus fonte eas neceſſario hauſtas eſſe atque authori earum divinitus inſpiratas, non poterat ſibi non perſuadere.

XIII. *Sphæræ cœleſtes, ſive Planetarum circuli.*

RAPIMUR MAJORE.

*Nous ſommes emportez par les mouvemens du premier Mobile.*

Sicut primum mobile reliquis omnibus Sphæris motum indit, ita Deus omnium noſtrorum motuum author & motor eſſe debet. Hoc ſymbolum ab eodem authore adaptatum eſt, quo S. Ignatii mentem exprimere voluit, qui in omnibus ſuis conſiliis ac conatibus nil eſt molitus aliud, niſi majorem Dei gloriam; unde quam ſæpiſſime ejus ex ore: *Ad majorem Dei gloriam.*

XIV. *Globus coeleſtis.*

INDEFESSUS AGENDO.

*Il agit ſans ceſſe & ſans ſe laſſer.*

Cœlum continuo movetur, nec ullo unquam tempore quieſcit. Atque in eo nobis præfigurat Deum, qui ſemper agit, nec quicquam requiei dulciſſimæ & æternæ tranquillitatis, qua in ſe ipſo fruitur, perdit. Congruit quoque homini, qui nunquam deſinit aut munus aliquod magnum obire, aut ſtudiis inhærere.

XV. *Circuli Sphærarum coeleſtium.*

UNUS OMNES.

*Un ſeul fait mouvoir tous les autres.*

Hoc ſymbolum in exequiis Iſabellæ Francorum Reginæ Hiſpaniæ conſpicuum fuit, quo innuebatur ejus Reginæ ingenium, quod animæ inſtar erat in omnibus conſiliis & conatibus.

XVI. *Mundus univerſus elementorum quaſi gradu & ſphæris coeleſtibus interſtinctus.*

D'UNA IN ALTRA SEMBIANZA.

Ex uno ad alterum.

*D'une choſe a une autre.*

Hoc ſibi elegerat ſymbolum Chriſtophorus Guiddicionius, cum in Academiam *Confuſorum* reciperetur ſub nomine *Elevati*. Eo enim inſtituto utuntur Academici in Italia, ut pro inſtituto eo, quo inſignis habetur Academia, cujuſque in gremium receptus eſt, nomen peculiare ac ſymbolum quiſque ſibi fingat. Hoc ſymbolum tàm quoad corpus, quàm quoad animam ex cantilena quadam Petrarchæ decerptum eſt, in qua, cùm de mundo verba faciat, inquit, rerum principia, quibus conſtant & componuntur, ſapientemque ea-

:arum diſpoſitionem ritè attendentem ad cogniti-
onem Dei perducere, qui tantam rerum varietatem
condidit atque tanta concinnitate omnia tam ſapien-
er diſpoſuit.

XVII. *Globus Mundi.*

UNO OMNIA.

*Toutes choſes dans un.*

Convenit in quendam, qui omni ex parte videtur perfectus, atque ampliſſimis quibuſvis tùm naturæ, tùm doctrinæ, virtutis, omniumque ornamentorum præſidiis ornatus. Comparuit hoc ſymbolum in exequiis Picolomini Philoſophi celeberrimi.

XVIII. *Globus terræ ſuper formica.*

D'ALTRI OMERI SOMA CHE DA TUOI.

Aliis humeris huic ferendo opus eſt.

*Il faut bien d'autres épaules que les tiennes pour cette charge.*

Julius Cæſar Capatius refert id in quendam eſſe compoſitum, qui cum recens in nobilium cœtum cooptatus eſſet, munus aliquod poſtulabat, cui ſubeundo haudquaquam par erat.

XIX. *Coelum ſtellis interſtinctum cum epigraphe hac ex libro Jobi.*

QUIS DORMIRE FACIET?

*Qui en fera jamais ceſſer l'harmonie & les mouvemens?*

Id eſt, quis eorum harmoniæ ac motibus finem inferet? Ita enim verba Jobi habent: *Coeli concentum dormire quis faciet?* Hoc in honorem Cardinalis Camporii cum efferretur, adhibitum eſt à P. Leonardo Vellio, quo ejus vigilantiam atque quam dioeceſeos ſuæ habebat diligentem curam, notare voluit.

XX. *Sphæræ Coeleſtes.*

NEC MORA, NEC REQUIES,

*Ny trêve, ny repos.*

In quendam, qui continuo agit.

XXI. *Primum mobile cætera quæque movens.*

SEMOTOS VASTOSQUE CIET,

*Il les meût tout vaſtes & tout éloignez qu'ils ſont.*

Quod in Principem quadrat, qui juſſu ſuo diverſos regit exercitus à ſe invicem ſegregatos. Confectum fuiſſe narrant in honorem Philippi IV. Regis Hiſpaniæ & Indiæ, cui multa parebant regna procul ab invicem diſſita.

XXII. *Academia, quæ nomine* * Ingenioſorum *Placentiæ erecta eſt pro ſymbolo habebat Coelum ſtellis ornatum his verbis.*

ALIENO SPLENDORE NITESCIT.

*D'un éclat étranger il tire ſon éclat.*

Quod tali congruit, qui omnem ſuam gloriam ſuis debet majoribus.

XXIII. *Globus coeleſtis & terreſtris.*

UNUS NON SUFFICIT,

*Un ſeul ne ſuffit pas.*

Alii hoc ſymbolum tribuunt Regi Franciſco II. alii Franciſco I. ſuperbiæ tamen nonnihil in eo contineri conveniunt. Paradinus id adſcribit Franciſco II. lemmaque dicit petitum ex verſu Juvenalis, *Unus Pellæo juveni non ſufficit orbis*, quem hæc verba ſequuntur, *Sarcophago contentus erit.* Id quod

* Spiritoſi.

quod in Franciſco II, eventum habuit, qui ſeptemdecim annos natus Aureliani vita exceſſit. Inſculptum quoque eſt numiſmati cuidam Franciſci I. nec ſuperbiæ argui poteſt, quin potius Regis pii indicium eſt quòd regimine his in terris depoſito cœlum ex animo quærat.

XXIV. *Sphæræ coeleſtes.*

ENARRANT GLORIAM DEI.

*Elles annoncent la gloire de Dieu.*

Mutuatum eſt hoc ſymbolum ex *Pſal.* 18. Collegiumque Romanum eo uſum eſt ad celebrandum Julium Roſpiglioſium, cum ad eum delata eſſet Pontificatus dignitas ſub nomine Clementis IV. Applicari cæteroquin poteſt Verbi divini miniſtris & Apoſtolis, quos non una vice cum cœlo contulêre Sancti Patres hunc verſum Pſalmi 18. explicantes.

XXV. *Academia quædam Italiæ, quæ cognominabatur* Tironum *pro ſymbolo uſurpabat ſeptem ſphæras coeleſtes totidem diſtinctas circulis cum Planetarum typis & hoc lemmate.*

GRADATIM.

*Par degrez.*

Quo, quantum divinando aſſequi mihi licet, ſeptem voluere repræſentare liberales artes, quibus docendis operam ſuam dicarant hujus Academiæ cives, quarum diverſas diſciplinas quaſi per gradus impertire volebant illis, qui ſe eorum numero aggregari gauderent.

XXVI. *Coelum tenebris obortis.*

VERTITUR INTEREA.

*Il ne laiſſe pas de rouler.*

Hoc pro ſymbolo aſſumpſit Academia, quæ cognomine *Noctis* ſtabilita eſt Boloniæ. Quo deſignare voluiſſe

luiſſe in proclivi eſt; quamvis nondum omnibus aliorum luminibus exultaret, omnem tamen movere lapidem, ut exercitiis aſſiduis majora incrementa indies caperet.

XXVII. *Totus terræ globus.*

NIHIL SUPRA NIHIL INFRA.

*Rien au deſſus rien au deſſous.*

Hoc ſymbolum ex eis eſt, quæ in exequiis Sereniſſimi Principis de Condé Anno 1647. Collegii Clari Montis cura conſpicua fuere, cujus ſignificatio haud alia eſſe poteſt quàm quod tanta fuerit ejus virtus, ut nec in exceſſu nec in defectu peccaverit.

XXVIII. *Globus.*

CAPIT OMNIA.

*Il contient tout.*

Quod in Dei Magnitudinem inſigniter quadrat.

XXIX. *Duo Globi, quorum unus refert chaos, alter mundum diverſis elementorum contignationibus interſtinctum.*

EX HOC HUNC FACIT ORDO.

*De l'un l'ordre a fait l'autre.*

Cuncta ordine ac methodo diſponuntur, exulatque omnis rerum elegantia ordine turbato.

SOL

# SOL.



XXX. *Sol montes illuminans.*

MIHI SUMMA PATENT.

*Les choſes les plus hautes me ſont découvertes.*

In hominem, cujus ingenium tàm perſpicax, ut in ſublimia quæque penetrare poſſit.

XXXI. *Sol.*

SIBI ALIISQVE.

*Il a des lumieres pour ſoy & pour les autres.*

In

In eruditum qui ſe ipſum æque ac alios bonis artibus imbuit.

XXXII. *Sol ex attractis vaporibus radiorum ope iridem adornans.*

QUÆ SUSTULIT ORNAT.

*Il donne de l'éclat à ceux qu'il a élevez.*

In principem, qui eos honorum maximorum cumulo ornat, qui jam ad magnum fortunæ gradum evecti ſunt.

XXXIII. *Sol in Zodiaco.*

NIHIL OBSTAT EUNTI.

*Rien ne l'empêche d'aller.*

In eas terras, quas incredibili celeritate ad regnum ſuum adjunxerat Rex Galliæ.

XXXIV. *Sol oriens.*

QUANTUS MERIDIE?

*Quel ſera-t-il en ſon midy?*

In Principem indolis præſtantiſſimæ indicia præ ſe ferentem. Quo pacto concinnatum eſt in gloriam Delphini, verſibuſque latinis ornatum à quodam, cujus ingenii dotes & judicii vis hodie non ſecus in bonis artibus elucet, atque olim & in Gallia & in tranſmarinis partibus. Verſus autem ita habent;

*Naſceris, & totum radiis complecteris orbem,*
*Sentit & ora tuas quæque remota faces,*
*Luminibus tantis qui ſplendeat ignis in ortu,*
*Ille die media, conjice quantus erit.*

Idem alia tria compoſuit in Regem, eodem corpore ſervato, quo præcedentia duo gaudent. Quorum primum erat

XXXV. *Sol egregiis hiſce verbis.*

UTRIUSQUE ARBITER ORBIS.

*Arbitre ſouverain de l'un & l'autre pole.*

Reliqua duo duplex ſive reciprocum reddunt ſymbolum.

*XXXVI. Sol terram illuminans, ad cujus lumen & animantia & homines operantur.*

QUICQUID AGANT VIDEO.

*Je vois tout ce qu'il ſont.*

*XXXVII. Idem, lemmate ſubjecto*

QUICQUID AGATUR AGO.

*J'agis en tout ce qui ſe fait.*

Quoniam ſol, qui antiquitus habebatur anima mundi, univerſalis cauſa eſt, quæ in omnem naturam agit.

Etenim arbiter non tantum evadit Rex ejus mundi, cui pacem præbet aut bellum infert pro ſuo arbitrio, verum omnes etiam in admirationem ſui rapit & attonitos reddit. Omnia videt, omnia diſponit, omnia ad nutum monentis ſunt intenta, omnia ejus præclarè geſtis haud ſecus ac ſolis radiis ſunt impleta, terroremque injicere novit quotieſcunque ipſi complacitum eſt. Quæ omnia apprimè his quinque ſymbolis explicantur.

Nec eſt quod in quemvis eorum, qui hodie ſummis rebus præſunt, hoc ſymbolum ſolis quadrare dicas. Norunt equidem, qui numiſmatum ſtudio ducuntur, nonnullos Imperatores aliam nullam imaginem Majeſtatis ſuæ appetiiſſe niſi regis aſtrorum. At, ſi verum dicere fas ſit, adulatoriè hæc numiſmata inventa ac arrogantiæ plerumque fuiſſe ſigna conſtat. Indicare volebant iis, quomodo omnium bonarum rerum uber-

bertas à ſe in alios ſe effunderet. Verum nil iis cum ſole commune erat præter ſolam eminentiam qu cæteris præcellebant. Lumina ipſis deerant & con ſtans motûs obſervatio & influendi vis dulciſſima Vnde præclarè conſtat, neminem majori jure ho ſymbolum gerere quàm Regem noſtrum Sereniſſi mum. Is enim ſoli omni ex parte ſimilis eſt. Ità ſem per agit ut tanto faſtigio par eſſe videatur. Omnia ipſ videt quæ & in hoc & in altero hemiſpherio fiunt. Re ges noſtri, qui eum præceſſerunt, arbitrio veteris or bis contenti erant, is ad novum etiam regimen ſuum ac juſſa protendi magnæ gloriæ ducit. Oſtendit ma gnum commercii tàm feliciter inchoati opus, oſten dunt tot urbium in Inſulis jacta fundamenta; oſtendun barbari & agreſtes homines emolliti; oſtendit mar tutum redditum à prædonibus maritimis; oſtendun tot portûs oſtia in Africa aperta, quàm juſta ſit inte eum & ſolem comparatio & quàm inſigniter e conveniant lemmata, quibus prædicta ſymbola gau dent.

Symbola duo reliqua ab eodem Authore ex eoden corpore in eundem finem facta præcedentibus hau palmam præripiunt.

*XXXVIII. Sol in medio ſtellarum, quarum aliæ mo tu eum præcedunt, aliæ ſequuntur.*

PRÆEUNT VENIENTQUE MINO-RES.

*Et les Aſtres qui le devancent, & ceux qui viendron aprés ſont plus petits que luy.*

In expedito hic eſt applicatio, vulgatum quipp eſt Regem Majores ſuos longè poſt ſe relinquere, ex emplumque fore poſterioribus, ſi non imitationis, ſal tem admirationis.

PRÆTERITIS MAJOR, VENIENTIBUS AUTHOR.

Di-

*Dignum tamen hic obſervatu eſt hoc ſymbolum ex orum numero eſſe, quæ poëtica quadam licentia comonuntur. Conſpicuæ enim ſunt una cum Sole ſtellulæ, uod equidem nunquam uſu venit. Prætereà pro coneſſo habetur, ſtellulas, quæ apparent, multo minores ſe ſole, quamvis contrarium nos evidenter doceat raio. Hac de licentia verba facturus ſum in Arte mea mbolica, ubi luculenter oſtendam ea non tantum eſſe oleranda, ſed & ſingularem nonnunquam habere ratiam.*

*XXXIX. Sol.*

UT PRÆSIT ET PROSIT.

*Pour gouverner & pour profiter.*

Quemadmodum Sol alium ob finem non agit in omnem naturam niſi ut benè agat, ita Regis alius finis non eſſe debet quàm in ſubditos gratioſa benignitas.

XL. *Sol in eclyptica.*

NUSQUAM DEVIUS.

*Sans s'écarter jamais.*

Symbolum eſt alicujus juſti, qui æquitatis rationem ubique ſedulo obſervat.

XLI. *Sol inter auſtrum & ſeptentrionem.*

NON ARDOR NON ALGOR INEST.

*Ny froid, ny chaud.*

Quadrat in moderatum Principem, qui nec in lenitatem nec in iram nimis proclivis eſt.

XLII. *Sol.*

MENTE FEROR QUOCUMQUE FEROR.

*C eſt*

*C'eſt mon intelligence qui regle tout mes pas.*

In quendam, qui rationem ſequitur ducem in omnibus.

XLIII. *Sol ſuper ſolario.*

CUIQUE SUUM METITUR.

*A chacun le ſien.*

Sol ſuo curſu omnes horas dimetiens idque æquali menſura juſtitiæ characterem exhibet.

XLIV. *Sol meridianus.*

LUCET AGITQUE UNUS.

*Luy ſeul agit & luy ſeul nous éclaire.*

Principi congruit, qui arbitratu ſuo omnia agit autoritatemque ſuam tuetur poſthabitis Miniſtrorum conſiliis populi directionem concernentibus.

XLV. *Sol.*

NEC FALSUS NEC FALLENS.

*Ny il ne trompe, ny il n'eſt trompé.*

Id eſt, idem ſuique ſimilis ſemper eſt ſive extra ſive intra eum intuearis. Quod ſymbolum eos monet qui ad clavum reipublicæ ſedent, ut eandem fidelitatem aliis præſtent quàm ſibi ipſis præſtitam ab aliis volunt.

XLVI. *Sol ſuper nubibus.*

NEC OFFENDITUR NEC OFFENDIT.

*Il n'en eſt ny offensé ny obſcurci.*

Quo depingitur Regia clementia.

XLVII. *Sol ſuper agro fertili.*

TRANSIT BENE FACIENDO.

*Il*

*Il fait du bien en tous les endroits par où il paſſe.*

In benignitatem alicujus Principis, qui rivulos beignitatis & gratiæ in alios derivat.

LVIII. *Sol ſuper plano tecto fructuum cum his verbis S. Pauli.*

DIVES IN OMNES.

*Liberal envers tous.*

Eundem in finem quo præcedens.

XLIX. *Sol.*

REGITURQUE REGITQUE.

Explicatio hujus ſymboli ſequentibus continetur erſibus, quibus per proſopopoeiam introducitur ſol oquens & per eum Princeps.

*Le tumulte ny le hazard*
*Ou je regne n'ont point de part,*
*Tout s'y fait, tout s'y meut avec intelligence,*
*Et par la loy qui fait la juſte liaiſon,*
*Du pouvoir & de la prudence*
*Tout le monde me ſuit, & je ſuy la raiſon.*

Quorum hic ferè ſenſus.

Imperii quæcunque mei ditione tenentur,
Caſibus adverſis vacuam, cœcoque tumultu
Semotam ducunt vitam, ratione geruntur
Cuncta, nec ambiguis fortunæ paſſibus errant,
Grataque temperies ſanæ cum robore mentis
Res agitant, ego ductor eis, me ſola regit mens.

L. *Sol vapores eliciens.*

COLLIGIT UT SPARGAT.

*Il n'amaſſe que pour repandre.*

In principem qui ſubſidia à ſubditis exacta benè collocabat.

LI. *Sol oriens nebulam diſcutiens.*

VINCIT AB ORTU.

*Dés ſon lever il eſt victorieux.*

In Regis victorias, quas primis annis reportavit.

LII. *Sol Occidens.*

SUPRA IDEM INFRAQUE.

*Le meſme en haut & en bas.*

In quendam, qui ſui ſemper ſimilis utraque fortuna.

LIII. *Sol quem venti afflando turbare volunt.*

NON RADIUM EXCUTIENT.

*Ils ne luy feront pas perdre un ſeul de ſes rayons.*

In aliquem, qui extra invidiæ ſortem eſt.

LIV. *Sol deliquium patiens.*

LANGUET ET URIT.

*Il langoit & il brûle.*

Deſignatur, qui multis infirmitatibus preſſus adhuc animum bonum zelumque ardentem habet.

LV. *Sol nebulam depellens.*

NITENTES UT SPARGAT RADIOS.

*Pour en jetter de rayons plus brillans.*

Sunt, qui invidiæ ac calumniæ ope magis magiſque elevantur majoremque famam nanciſcuntur.

LVI. *Sol oriens.*

ABIIT ET REDIIT.

*I*

*Il s'en étoit allé & il eſt retourné.*

In cujuſdam reditum, qui longo tempore abſuerat.

LVII. *Sol nebula diſcuſſa.*

PULSA TEMPESTATE SERENAT.

*Il nous rend la ſerenité.*

Quod locum habebat, cùm pacem redderet generosè ori Europæ Rex Hiſpaniæ.

LVIII. *Sol.*

SE TOTUM SPARGIT IN ORBEM.

*Il ſe repand par tout le monde.*

In quendam, cujus fama & præclarè geſta ſunt ceeberrima.

LIX. *Sol.*

VIDET OMNIA PRIMUS.

*C'eſt luy qui le premier apperçoit toutes choſes.*

Eo notatur alicujus ingenium præſtantiſſimum, quo non tantum res agit, ſed & penetrat, imò ante quàm fiant, prævidet. In Regem id factum eſt numiſmatique alicui impreſſum.

LX. *Sol qui renitente primi mobilis motu, magis magiſque ſe elevat, cum verbis ex ſecundo libro Metamorphoſeωv.*

CONTRARIUS EVEHOR ORBI.

*Je m'éleve ou je veux malgré tous vos efforts.*

Quo oſtenditur Regis triumphos haud impediri potuiſſe, quamvis omnis contra eum ſeſe oppoſuerit vis Europæ.

LXI. *Sol abdens ſe in Oceano.*

ME SUBJECTIS EXCIPIT UNDIS.

*L'Ocean me reçoit & me ſoûmet ſes eaux.*

Ex eodem libro Metamorph. lemma hoc petitum eſt eleganterque innuit Regis imperium, quod in mare hodiè habet.

LXII. *Sol radios ſuos expandens ſuper arbores diverſi generis, quarum quævis fructus ſuos profert.*

SINGULIS VARIUS, UTILIS OMNIBUS.

*Different pour chacun avantageux a tous.*

In Principem quendam, qui rationem habet facultatis ingenii, cùm munus aut honor cuidam ſit decernendus.

LXIII. *Sol in pluviam mutans nubem fulgurantem.*

FULGURA IN PLUVIAM FECIT.

*Il change les foudres en pluye.*

In pacem, quam Orbi reſtituebat Rex Hiſpaniæ.

LXIV. *Sol glaciem ſolvens.*

SOLVIT VERE NOVO.

*C'eſt au printemps qu'il les fait fondre.*

In Regem, qui à primis annis bellis internis finem impoſuit.

LXV. *Sol occidens & ſtellæ apparentes.*

LUX MORIENTE VENIT.

*Sa mort nous fait revivre.*

Hoc ſymbolum in alicujus Principis mortem concinnatum eſt, cujus fama ſervabatur integra, imò major

jor evadebat filiis perſpectæ indolis relictis. Ad Filium Dei etiam trahi poteſt, cujus morte fons ſalutis nobis apertus eſt.

LXVI. *Sol occidens & veſtigia lucis rubra in nubibus relinquens.*

RUBET CUM DESERIT ORBEM.

*Il a cette couleur quand il quitte le monde.*

Quod in honorem Principis Caſimiri conficiebatur, qui, quam primùm mundum religionis ergo relinqueret, in numerum Patrum Purpuratorum receptus eſt.

LXVII. *Sol oriens nubila diſſipans.*

ME CRESCENTE CADENT.

*Ils s'abaiſſeront quand je m'éleveray.*

In diſcordias civium, quæ à Rege diſſipatæ ſunt, antequam ex ephebis exceſſiſſet.

LVIII. *Idem corpus lemmate adjuncto.*

SPES INDE SERENI.

*C'eſt ainſi qu'il fait eſperer le retour du beau-temps.*

LXIX. *Sol imaginem ſui in nube reddens.*

AN DUO? AN UNUS?

*Y en-a-t'il deux, ou un ſeul?*

In filium quendam, qui veſtigiis laudatiſſimis Patris inſiſtens in ejuſdem locum ac honorem ſuffectus erat.

LXX. *Sol occidendo cœlum ſtellis obſitum exhibens.*

PULCRA IN PROLE SUPERSTES.

*Il vit en ſa proſterité.*

**LXXI.** *Sol occidens atque eo tempore radios ſuos in Orientem flectens.*

OCCIDIT UT SURGAT.

*Il ſe couche pour ſe lever.*

In ſpem reſurrectionis.

LXXII. *Sol nebulam perrumpens.*

SUBTILIS OPACA PERMEAT.

*Il penetre par ſa ſubtilité ce qu'il y a de plus obſcur.*

In quendam, qui ingenii ſubtilitate abdita quævis penetrare poteſt.

LXXIII. *Sol nebulis circumdatus eaſque diſſipans.*

IN TERRAM DEJICIT HOSTES.

*Il terraſſe ſes Ennemis.*

In victorem.

LXXIV. *Sol in Zodiaco.*

MONSTRA MIHI CESSERE DOMOS.

*Les monſtres m'ont cedé leurs places, & l'ont abandonnées.*

*LXXV.* *Sol occidens nube intercedente major apparet.*

MAJOR IN OCCASU.

*Plus grand en ſon couchant.*

In mortem cujuſdam viri illuſtris.

*Plurima conſpiciebantur ſymbola in ludo equeſtri demortui Regis, quorum corpora conſtituebat ſol.*

*LXXVI.*

LXXVI. *Eo utebatur illuſtriſ. Princeps de Conti hac inſcriptione.*

COELOQVE SOLOQVE.

*Egalement puiſſant au Ciel, & ſur la Terre.*

Quadrat in Sanctum, qui cœleſtem gloriam nanciſcitur quam anhelat, miraculaque perpetrat in his terris.

LXXVII. *Comes de S. Agnan utebatur ſole ſuper planta, quo abſente aqua ſuperfundebatur plantæ.*

O RAYOS, O LAGRIMAS.

Aut radii, aut lachrymæ.

*Ou ſa lumiere ou ſes larmes.*

Quod eſt ſymbolum dolorem abſente amico conteſtantis.

LXXVIII. *Baro de Tuſſay, Sole meridiano.*

MAS LEVANTADO.

Plus elevatus.

*Plus élevé.*

LXIX. *Vicedominus* * *Carnutenſis, aquila ſolem intuente.*

Y NON MAS.

Et nil amplius.

*Et rien plus.*

S. Simeon multos annos habens mortem lubentiſſimè obibat Salvatore ſuo viſo, *quia viderunt oculi mei ſalutare tuum.*

LXXX. *Comes de Croiſſy, ſcioterico ſub ſole.*



* de Chartres.

SI ME MIRAS ME MIRAN.

Aſpicior ſi aſpicis.

*On me regarde ſi vous me regardez.*

Quod convenit Regis miniſtro, qui ab omnibus æſtimatur æſtimatus à Rege.

LXXXI. *Baro du Peſcher, ſole vapores attrahente.*

ET LEVAT QVOS DEPRIMIT.

*Il éleve ceux qu'il abbat.*

Quo Deus notatur, de quo Propheta: *Humiliat & exaltat.*

LXXXII. *Sol,*

SE MIRADO, QUERIDO.

Adſpectum ſequitur affectus.

*On ne peut me voir ſans m'aimer.*

LXXXIII. *Baro de Fontaine Challendray uſurpabat quoque ſolem.*

SPLENDET ET ARDET.

*Il brille & il brûle.*

LXXXIV. *Item Dominus de Marillac.*

SOLO PARA MIRARME.

Orbis in id ut inſpiciat.

*Tout le monde n'eſt fait que pour me regarder.*

LXXXV. *Marchio de Rouillac ſolem & nebulas.*

NON PARAN.

Non conſiſtunt.

*Ils*

*Ils ne tiennent pas devant moy.*

Quod mentis generoſæ indicium eſt, cui nemo reſiſtere poteſt.

LXXXVI. *Dominus Deſſiat, Solem, cui nubes ita oppoſita eſt, ut eum circuli inſtar circumdet.*

QUIEN SE ME OPPONE ME CORONA.

Obſtans coronans.

*Qui s'oppoſe a moy me couronne.*

Quod cuidam convenit, qui difficultatibus obrutus occaſionem nanciſcitur egregia quæque faciendi.

LXXXVII. *Marchio de Narmontier, ſolem.*

A TODOS YO, A MI NINGUNO.

Omnibus præbeo ſplendorem, mihi nemo.

*Je donne à tout de l'éclat, & je n'en reçois de perſonne.*

*Pari modo multis celebrabatur ſymbolis Ludus equeſtris qui habebatur* 1605. *in quo Thracum nomine gaudebant equites.*

LXXXVIII. *Dux de Nevers gerebat* Solem *in Zodiaco.*

NI ME BUELVO ATRAS NI ME DESUIO.

Quod latine ſonat:

NEC RETRO GRADIOR, NEC DEVIO.

*Ny je ne recule ny je ne m'égare.*

In aliquem juſtum ac propoſiti valde tenacem.

*Tholoſæ cùm Anno 1679. publicè declararentur tempora pacifica, octo exhibebantur ſymbola, quorum nullum alind erat corpus præter ſolem.*

*LXXXIX. Sol cœlo ſereno.*

EN APAZIBLE TODO SE VEE.

Apparet totus tempeſtate tranquilla.

*On le void tout quand il eſt bien ſerein.*

Genium alicujus vix melius unquam cognoſcere datur, quam mente ac ingenio tranquillo. Is enim ſtatus naturalis eſt, cùm agitatio multum violentiæ habeat.

*XC. Sol Meridianus.*

PIU VALIDO E PIU SERENO.

Quo validior eò ſerenior.

*Plus il a de force plus il a de ſerenité.*

Pacem dedit Rex, quia non eſt amplius quicquam, quod armis ejus feliciſſimis reſiſtere poſſet.

*XCI. Sol Meridianus.*

BOREÆ QVOQVE NVBILA CEDENT.

*Les vents du Nort luy cederent auſſi.*

Coacti ſunt quoque Dani & reliquæ ſeptentrionales gentes pacem recipere, quæ ipſis æque oblata eſt ac cæteris Europæ populis.

*XCII. Sol occidens animalibus ſylvas quærentibus.*

DAT REQVIEM FESSIS.

*Il procure du repos à ceux qui ſont laſſez.*

In almam pacem.

XCIII. *Nubila denſa, fulgurumque hiatus interveniente ſole diſſipati.*

TERRORI SVCCEDIT AMOR.

*A la terreur ſuccede l'amour.*

XCIV. *Sol radiis ſuis aurea reddens nubila obſcura.*

SERENAT ET ORNAT.

*Il les diſſipe & il les fait briller.*

*XCV. Sol, quem attentè intuentur aquila, leo & leopardus cum his Claudiani verbis:*

COMMUNE FACIT REVERENTIA FOEDUS.

*Le reſpect qu'ils ont pour luy, fait ceſſer leurs querelles.*

In pacem cum Imperio Romano, Rege Hiſpaniæ & Angliæ initam.

*XCVI. Sol campum ingentem illuminans.*

VIGET QUODCUNQUE VIDET.

*Il donne de la vigueur à tout ce qu'il regarde.*

Quando adſunt qui præſunt, inſtigantur ad omnia ritè obeunda, qui ſubſunt.

*XCVII. Sol Occidens.*

NIGRESCUNT OMNIA CIRCUM.

*Tout eſt noir dés qu'il ne paroiſt pas.*

Quod apparebat Mediolani in juſtis Philippi IV. Regis Hiſpaniæ Anno 1666.

*XCVIII. Sol eclipſin patiens radioſque ſuos languentes in hortum floribus ob eam flaccidis amplè refertum conjiciens.*

## A LANGUORE LANGUOR.

*De ſa langueur vient la noſtre.*

In Principem morbo colluctantem, quo ſubjectos ſuos maximum in dolorem conjicit.

XCIX. *Sol imaginem ſui reddens in duobus ſpeculis ſibi invicem oppoſitis.*

## ALTERVM AB ALTERO.

*L'éclat de l'un ſert à l'éclat de l'autre.*

In quorundam amicitiam ſociali fœdere conjunctam, unde ambobus par naſcitur gloria & authoritas.

C. *Sol in ſigno tauri.*

## QUOD ASPICIT ORNAT.

*Il pare tout ce qu'il regarde.*

Solis aſpectus menſe Aprili in totam naturam benignus eſt, telluremque variis exornat floribus.

CI. *Sol cujus radii molliter cadunt in flores.*

## SUAVITER ATTINGUNT.

*Ils ne les touchent que doucement.*

Quo ſuavitas illa morum exprimitur, qua quis in alicujus animum ſe inſinuare poteſt.

CII. *Sol nube obvolutus, ſuper qua circulus lucidus apparet inſtar coronæ.*

## HONORANDO M'INGVMBRA.

Honorando obſcuror.

*Elle m'obſcurcit en voulant m'honorer.*

In eam Coronam, quæ imponebatur Cardinali de Bourbon, qui à factioſis deinde appellatus eſt Carolus X.

CIII. *Dominus de Montmour Magiſtrorum ſupplicum libellorum Decanus & Academicorum Gallicorum princeps pluribus in ſymbolis ſolem adhibuit, quorum præcipua ſunt, ſol oriens.*

INGENS VISUS AB AURORA.

*Dés ſa naiſſance il étoit déja grand.*

Omnia lemmata eorum ſymbolorum, quæ à viro illuſtri concinnata ſunt, ex Ovidio ſunt petita, quem præ cæteris charum habebat.

CIV. *Sol meridianus omni ſuo decore ac ſplendore conſpicuus.*

DIGNA DEO FACIES.

*Ce viſage eſt digne d'un Dieu.*

In quendam, cujus ratio agendi erat grata, ſtatura ad dignitatem compoſita, moreſque valdè ingenui & probi.

CV. *Sol vapores attrahens ac in pluviam commutans.*

MUTUAT UT DITET.

*Il emprunte pour enrichir.*

Quod ſymbolum in Regem compoſitum eſt, cùm multa eaque valde proficua privilegia in ſubjectorum gratiam benignè largiretur.

CVI. *Sol ſuper agro ſpinis obſito.*

UTINAM MELIORA VIDERET!

*Plût à Dieu qu'il vit d'autres choſes.*

Poſt multa Dei in humanam progeniem beneficia collata nil niſi crimina apparent.

CVII.

CVII. *Sol.*

LUCIS ALIENÆ NON INDIGUS.

*Il n'a pas beſoin d'un éclat étranger.*

CVIII. *Sol in eclyptica.*

ME QUOQUE FATA REGUNT.

*J'ay mes deſtinées comme les autres.*

Eidem fortunæ iniquitati ſubjecta eſt ducum generoſa cohors atque fæx infima vulgi.

CIX. *Sol in medio cujuſdam nubis obſcuræ, unde fulgura prodeunt.*

HABET ET SUA FULMINA.

*Il a ſes foudres.*

Non tantum bene facit Divinum Numen, verum & caſtigat pœnaſque juſtas de humano genere ſumit. Hinc Deus juſtitiæ ſive ſol juſtitiæ quam ſæpiſſime nuncupatur.

CX. *Sol ſuper ſolario.*

LEGES ET FACIT ET SERVAT.

*Il fait les lois & il les garde.*

In Principem, qui, quas aliis ſanxit leges, ipſe pertinaciter obſervat.

CXI. *Cùm in Academiam Gallicam adoptaretur D. Potier de Novion ſummi* Senatus *Præſes, ſymbolum ingloriam Regis adjiciebat D. de Mezeray Academiæ Secretarius, verbis Societatis nomine factis reſponſoque ad orationem Illuſtriſſimi Præſidis dato, cujus corpus erat* Sol *in eclyptica cum his verbis Lucani.*

SE

SE QVOQVE LEGE TENENS.

*Il obſerve les Loix qu'il fait garder aux autres.*

*En quatuor ſymbola reciproca, quorum inventionem debemus Domino de Montmaur, in quibus iterum ſol picturam conſtituit.*

CXII. CXIII. *Sol.*

QVANTA PATENT.

*Que de choſes on y découvre.*

SED PLVRA LATENT.

*Il y en a plus de cachées.*

CXIV. CXV. *Sol.*

VIDET OMNIA PRIMVS.

*Il eſt le premier qui decouvre tout.*

VIDETQVE FOVETQVE.

*Et il ne void rien qu'il n'entretienne.*

Quod vigilantiæ & curarum complectitur elogium, quas diligenter diœceſeωs ſuæ habet Prælatus.

CXVI. CXVII. *Sol vapores elevans lucem ſuam obſcuram reddentes.*

COLLECTIS DEFICIT.

*Il ne amaſſe que pour s'obſcurcir.*

*Idem in pluviam eos reſolvens.*

SPLENDET AB EFFVSIS.

*Il reprend ſon éclat en les répandant.*

Si dignitati Principis obſunt tributa, quæ pendere ſubditi debent, redintegrari illuſtriſque reddi poteſt prompta liberalitate.

CXVII.

CXVIII. CXIX. *Sol.*

UNI CUNCTA PATENT.

PATET OMNIBUS UNUS.

*A luy ſeul rien n'eſt caché.*

*Luy ſeul ſe manifeſte à tous.*

Quod in Dei præſentiam convenit, qui omnia cernit, ejuſque veſtigia ubique cernuntur.

CXX. *Sol Oriens.*

LUX PRÆIT ARDORI.

*Il fait voir ſa lumiere avant qu'il faſſe ſentir ſa chaleur.*

In gratiam prævenientem intellectum prius illuminantem, quàm voluntatem fervidam reddentem.

CXXI. *Sol eclipſin patiens.*

DEFICIT & SUFFICIT.

*Tout languiſſant qu'il eſt, il ne laiſſe pas d'agir.*

Quod concinnatum eſt in quendam copiarum præfectum, qui, quamvis adverſa valitudine laboraret, in lecto tamen ſe circumferri curavit, ut ad nutum ſuum omnia peragerentur.

CXXII. *Sol oriens nubibus contectus.*

CONDOR UT EXORIAR.

*Je ſuis caché en commençant à paroitre.*

In Principem, cujus incunabula obſcura ſunt; aut in vitam reconditam Jeſu Chriſti, qui propter ſalutem hominum in mundum venit.

CXXIII. *Sol.*

NVSQVAM ALIVS.

*Toû*

*Toûjours le même.*

Facilius eſt utrem inflatum mergi quàm virum conſtantem.

CXXIV. *Sol deficiens.*

VEL SIC URIT.

*Tout obſcourcy qu'il eſt il ne laiſſe pas de brûler.*

Quo notabatur vidua quædam egregia forma lugubri veſte tecta.

CXXV. *Sol caliginoſa aëris denſitate circumdatus eoque major apparens.*

MAJOR AB ADVERSIS.

*Il en paroit plus grand.*

In quendam, cujus merita adverſa fortunâ graviter affligente magis magiſque elucebant.

CXXVI. *Sol in Zodiaco.*

NUSQUAM META MIHI.

*Point de bornes à mon travail.*

In cujuſdam occupationes quibus perpetuo abruebatur.

CXXVII. *Sol nubibus tectus infraque eum terra.*

MIHI TOLLUNT NUBILA.

*Les broüillarts m'empeſchent de le voir.*

Hoc ſymbolum adornatum eſt pro Anna Auſtriaca, cùm Ludovicus juſtus, Anno 1615. bellum inferret rebellibus. Abſentiam etiam exprimit.

CXXVIII. *Sol.*

OMNIA SOLUS.

*Il peut ſeul toutes choſes.*

CXXIX. *Sol.*

TOTO EMICAT ORBE.

*Il remplit tout le monde.*

CXXX. *Sol.*

ORBIS FATA REGIT.

*Il regle les deſtinées du monde.*

*Hæc tria ſymbola à Domino de* Sainte *Marthe excogitata ſunt in Regis gratiam, uti alibi diximus.*

CXXXI. *Sol.*

ΟΥΔΕ ΜΟΙ ΑΛΛΑ ΚΟΣΜΩ.

NON MIHI SED MUNDO.

*Je ne ſuis pas pour moy, mais pour le monde.*

Hoc ſymbolum prima vice apparuit lemmate græco ornatum, cùm matrimonio jungeretur Maria Magdalena Auſtriaca Archiducis * Grajacenſis filia Coſmo de Medicis, in quo ad nomen ejus alluditur, quod græcè mundum notat. Poſtea etiam his latinis verbis conſpicuum fuit:

NON SIBI SED MUNDO.

Quibus verſus Gallici adjecti erant in Principis cujuſdam honorem, qui ſalute ſubjectorum omnem ſuam dignitatem metiebatur.

CXXXII. *Qui colloquia Eugenii & Ariſtidis in vulgus emiſit, inter figuras multorum egregiorum ſymbolorum, quæ fecit,* Solem etiam adhibere *non neglexit hac epigraphe:*

SVFFICIT ORBI.

*Il ſuffit ſeul au monde.*

Tàm

* de Grats.

Tàm divina mente ac conſilio prædirus eſt Rex, ut ıus ſufficiat orbi terrarum gubernando.

CXXXIII. *Sol horàm indicans in ſolario.*

MEQUE REGIT DUM DIRIGIT ORBEM.

*Il me regle en reglant le monde.*

In quendam publicæ rei adminiſtratorem, qui haud bſtantibus multis publicis iiſque arduis negotiis ſinularem curam habebat filiorum educandorum.

:XXXIV. *Sol defectum patiens eoque ſtellas omnes obſcurans.*

E PUR LE OSCURA TUTTE.

Hinc obſcuræ omnes.

*Et neantmoins il les efface toutes.*

Hoc ſymbolum in fœminam ægrotantem confictum ıis verſibus explicabatur:

*Vous qui brillez un peu*
*Et qu'on regarde en mon abſence*
*Vous perdez devant moy vôtre éclat, vôtre feu;*
*Vous n'eſtes rien en ma preſence.*
*Je languis à la verité,*
*La paleur me couvre la face,*
*Mais j'ay pourtant encore en mon obſcurité*
*Je ne ſçay quoi qui vous efface.*

Quorum tranſlatio ita ceſſit:

Cœleſtes Ignes & parvæ ſidera flammæ
Inficit exiguus, quorum vaga corpora fulgor,
Vos, ubi nigra meum texerunt nubila vultum
Perditis auricomas facies, ubi fulgidus adſum
Præſentis Solis flamma obſcurante latetis:

Nunc me triſtis habet morbus, frontemque coruſcam
Pallidus obſedit languor, tamen indita virtus
Neſcio quæ vobis tenebras de corpore noſtro
Offundens piceo nebularum condit amictu.

CXXXV. *Sol obnubilatus.*

E QUANTI NE CELO.

Quantum non celo.

*J'en cache beaucoup plus que je n'en fais paroître.*

Quod in aliquem quadrat, qui maſculæ eruditionis ac ingenii ornamenta abſcondit, quibus multum prodeſſe poſſet orbi.

CXXXVI. *Sol inter nubila denſa, quibus quidem redditur pallidus, at non adeo obſcurus ut totus lateat.*

PALLESCO NON EXTINGUOR.

*Je pâlis mais je ne ſuis pas éteint.*

Quo quis notatur, qui morbo violentiſſimo preſſus violentiam effugit fati.

CXXXVII. *Sol currens.*

RAPIDO SI, MA RAPIDO CON LEGGE.

Rapior, at non ultra fines.

*Rien n'eſt plus ardent, ny plus reglé que moy.*

In quendam, cujus ingenium acre, ratio autem vivendi legibus conſtantiſſimis circumſcripta.

CXXXVIII. *Sol alterum hemiſpherium ingrediens.*

MUDA LUGAR Y NO ESTADO.

Locus diverſus, idem honos.

*Il change de lieu ſans changer d'état.*

Hoc

Hoc ſymbolum adornatum eſt ab Authore Colloquiorum in honorem Reverend. Dom. de la Fevillade Archiepiſcopi * Eborodunenſis, cùm hinc ad Epiſcopatum † Mediomatricenſem proveheretur, Archiepiſcopatus ſuperioris jura ac honorem Papæ & Regis juſſu ſervans. Mentem ſuam ſequentibus explicabat verſibus.

*Un ſuprême Loy me porte en d'autres lieux,*
*Pour y diſpenſer ma lumiere.*
*Mortels ſi je parois m'abaiſſer à vous yeux,*
*Sçachez que par l'ordre des Cieux*
*Je conſerve toûjours ma grandeur toute entiere.*

VERSIO.

Poſcimur alterius faciem perfundere mundi
Lumine. Mortales, ſi vobis auferor, idem
Integer & tota cum Majeſtate redibo
Dum vice mutata Cœlorum vertitur orbis.

*CXXXIX. Academici quidam tranſmontani pro ſymbolorum ſuorum corporibus etiam aſſumpſerunt ſolem, uti* Renovati *Dertonenſes, qui ſolem pingebant in ſigno Tauri, in quo fertur medio vere.*

AUREA CONDET SÆCULA.

*Il ramenera le ſiecle d'or.*

*CXL. Academia* Illuſtratorum *Bodincomagenſium habebat ex una parte Solem occidentem, ex altera Lunam orientem.*

LUX INDEFICIENS.

*Ainſi la lumiere ne nous ne manque jamais.*

Utroque lumine affundimur & gratiæ & rationis.



* d'Abrun. † de Mets.

*CXLI. Cùm Dominicus Chiaritius nobili genere natus undique duris exerceretur perſecutionis & rerum afflictarum fatis, in ſymbolum ſibi elegit ſolem nubibus obvelatum.*

ATTAMEN MIHI CLARUS.

*Je n'en ay pas moins d'éclat dans moy même.*

Quo innuebat ſe ſui ipſius optimè gnarum eſſe.

*CXLII. Cùm Johannes Baptiſta Georgo, Nobilis Vincentienſis Academicorum* Olympicorum *adſcriberetur choro, pro ſymbolo accipiebat Solem imaginem ſuam reddentem in gurgite, qui Italis vocatur* Georgo, *ad nomen ſuum alludens talemque epigraphen ſubjiciens:*

FIRMIUS IN PLACIDO.

*Sur un fond plus tranquille il s'exprimeroit mieux.*

Quo ſignificare volebat, magis idoneum ſe tùm fore exercitiis hujus Academiæ præſtantiſſimis, ſi minùs fuiſſet agitatus à fortunæ adverſæ procellis.

*CXLIII. Cùm Lucillus Philaltheus repræſentare vellet Deum ſemper in luce habitare, majeſtatique ejus nihil decedere improborum blaſphemiis, Solem pingi curabat his verbis:*

APPREHENDUNT NUNQUAM TENEBRÆ.

*Les Tenebres ne vont jamais juſqu'à lui.*

In aliquem invido livori haud ſubjectum.

*CXLIV. Nobilis quidam à majoribus acceptam dignitatem poſtquam perdiderat uxore ducta conditionis multò inferioris, ſymbolum in eum compoſuit Capa-*

*tius*

*tius effingens Solem propter Lunam interpoſitam eclipſin patientem cum his verbis:*

EFFUGERE NEQUIT.

*Il ne peut l'éviter.*

Sicuti rerum ordo luminariumque curſus ita eſt natura conſtitutus,ut alterutro interveniente alter neceſſario deficiat, ita non fieri poterat, quin maximum honoris detrimentum pateretur hic nobilis,cùm in matrimonium ſibi adjungeret quandam ſua conditione longè inferiorem. Poteſt etiam trahi ad virtutem, quæ, cùm non eodem modo agit atque mundus, ejus perſecutionem effugere nequit.

*CXLV. Petrus Franciſcus Moneglia Nobilis Genuenſis habebat pro ſymbolo Solem, quem aquila intuebatur his verbis gallicis.*

C'EST à MOY SEUL.

Mihi ſoli.

In quo Deus introducitur ſub figura Solis, quem unum in omnibus ſuis actionibus reſpexiſſe cogitationeſque omnes ei conſecraſſe vir Nobilis indicat.

*CXLVI. Excogitavit etiam quædam ſymbola, quæ picturæ loco* Solem *habent, Alcibiades Lucarinius qui* Officioſi *nomen obtinuit in Academia Senenſi* Intronatorum. *In obitum Camilli Borgheſii Archiepiſcopi Senenſis, Patruelis Papæ Pauli V. adhibebat Solem occidentem his verbis:*

RECEDO NON DECEDO.

*Je m'éloigne je ne meurs pas.*

Quod ſymbolum his verſibus explicabat.

*Non muor, s'apparta alquanto*
*Qual Sol da noi, cha'l fin del dì ſi ſcoſta*
*Alma pura, al ben far ſempre diſpoſta,*
*Se ben di quà ſi parte &c.*

CXLVIII. *In obitum Chriſtianæ Lotharingienſis Magnæ Duciſſæ Toſcaniæ effingebat Solem occidentem mundumque illuminantem his verbis gallicis.*

ET SE COUCHANT PROFITE.

Occidit & Proficit.

CXLVIII. *Sol occidens ſuper ſolario.*

ABIT & UMBRA.

*L'Ombre ſe perd avec luy.*

In quendam, qui cujuſdam obitu omni privabatur præſidio, quo hactenus uſus erat.

CXLIX. *Sol occidens.*

CRASTINA SURGET.

*Scilicet* Lux.

*Demain il renaiſtra.*

In ſpem reſurrectionis.

Quod ita explicatur.

*Et pure al nuovo giorno*
*Di più bei raggi fia, che ſorga adorno.*

CL. *Sol nebularum in medio.*

INSTANT NON OBSTANT.

*Ils l'enveloppent ils ne l'empêchent pas.*

In aliquem, qui negotiorum graviſſimorum mole non opprimitur.

CLI

CLI. *Sol oriens.*

JAM ILLUSTRAT UNIVERSUM.

*Déja il remplit l'Univers.*

In Salvatoris noſtri nativitatem.

CLII. *Sol imaginem ſuam reddens in parvo ſpeculo.*

IMMENSUS IN PARVO.

*L'immenſe ſe reſſerre en ſi petit eſpace.*

In Salvatoris noſtri incunabula vel in S. Euchariſtiam.

CLIII. *Sol oriens.*

ET ORIENS CUNCTA LÆTIFICAT.

*Il porte par tout la joye en commençant à paroître.*

In Nativitatem S. Johannis Baptiſtæ.

CLIV. *Sol.*

UNICUS ET CUNCTORUM AUTHOR.

*Unique & Autheur de tous les biens.*

In Providentiam Dei.

CLV. *Sol parum deficiens.*

SOL RESTA IN PARTE ASCOSO.

Pars tantum latet.

*Il n'y en a qu'une partie de cachée.*

In ſepulturam D. Jeſu Chriſti, cui corpus tantùm erat traditum. *Omnia hæc ſymbola à Lucarinio facta ſunt.*

CLVI. *Sol in cœlum admodum evectus.*

LONGINQUIOR URIT.

*Plus il eſt éloigné plus il brûle.*

In abſentis alicujus deſiderium, quo amicitiæ ardor mirandum in modum augetur.

*Hoc ſymbolum in exequiis Ducis Odoardi Anno* 1657 *expoſitum fuit, uti & ſequentia.*

CLVII. *Sol.*

NUSQUAM SINE LUCE.

*Il n'eſt jamais ſans lumiere.*

Quod exhibitum fuit, cum juſta fierent Edoardo Duci Parmenſi Anno 1647 cujus magnificentia eo innuitur. Multi ſunt præter eum illuſtres viri, quibus hoc æquo jure applicari poteſt.

CLVIII. *Idem ſidus inſerviebat celebrandæ hujus Principis præſtantiæ rerum impigre gerendarum adjecto lemmate.*

LABORAREM SI QUIESCEREM.

*Je ſerois en défaillance, ſi je ceſſoit d'agir.*

Notat alicujus præſtantiſſimum ingenium, quod occaſione nacta ſe exſerendi viget, amiſſa languet.

CLIX. *Sol.*

NOCTEM ÆQUO COMPENSAT DIE.

*Il fait autant de jour, qu'il y a eu de nuit.*

Quadrat in aliquem, qui quo diutius latuit, obſcuramque ac privatam vitam egit, eò majori ſplendore poſtea enituit. Hoc ſymbolum etiam ex illis fuit, quibus ſolennitates iſtæ erat decoratæ.

CLX. *Sol in eclyptica.*

SINE ERRORE CELERRIMUS.

*Sa*

*Sa viteſſe ne le fait point égarer.*

Non feliciter quidem procedunt, quæ præpropera feſtinatione occipiuntur. Quod tamen locum non habet in quibuſdam magnæ indolis hominibus, qui omnia, quæ in mentem veniunt, & ſatis celeriter & ſatis benè perficiunt, unde ad eos haud pertinet quod ſymboli loco habebat Auguſtus, *Feſtina lentè.*

Hoc ſolis ſymbolo uſus eſt P. Franciſcus Raulin, ut diligentiam non minus àtque ſapientiam Ducis Farneſii celebraret.

## CLXI. *Sol.*

## SE NON POSCENTIBVS OFFERT.

*Il l'offre de luy même, à ceux qui ne l'attendent pas.*

Gerebat id ſymboli Johannes Baptiſta Campegius Epiſcopus de Majorica,eoque indicabat quàm liberali animo ferretur in totum mundum, ut etiam non rogatus quævis beneficia in eum collocare vellet. Atque non eſt quicquam in toto terrarum orbe,quod accuratius tam liberalem animum depingat,quàm ſol, quippe omnibus in univerſum bene facit, idque ſine ullo ſuo commodo, ac quàm fieri poteſt, citiſſimè.

## CLXII. S*ol in eclyptica.*

## TRAMITE EODEM.

*Toûjours la même voye.*

Affixum erat hoc ſymbolum, cum Epiſcopus Joſephus Maria Maraviglia ſolenni ratione reciperetur Novariæ, quo ſignificabatur illum ſemper fuiſſe ſui ſimilem, quibuſcunque etiam honoribus ornatus fuiſſet. Imaginem denique refert juſtitiæ tenacis, qui nec prece nec pretio à tramite recti moveri poteſt.

CLXIII.

CLXIII. *Bellum Hollandicum tam felici impetu Anno 1672 deletum locum fecit huic ſymbolo, quo pingebatur Sol omnes elevatos vapores diſſipans hoc lemmate:*

EVEXI PERDAM.

*J'ay pû les élever, je ſçauray les détruire.*

Quo juſtiſſimus Regis notabatur dolor & indignatio, quod gratia ſua abuterentur illæ gentes, quas ad tantum dignitatis gradum ipſe evexerat.

Idem verſibus diverſis linguis explicatum eſt, lemmaque diverſimode expreſſum.

VOS EXTULI, VOS DEPRIMAM.

*Solo jo gli alzai, deſtrug gerolli jo Solo*
*Subir los hize, y derretir los puedo.*

Odioſa res eſt, nolumus interpretationem ſubjicere, Galliſque arrogantibus, & quibus hic certè vano tument præcordia faſtu, accinere.

CLXIV. *Sol occidens.*

NIGRESCVNT OMNIA CIRCVM.

*Tout devient noir quand il ne paroît plus.*

In funebrem pompam Philippi IV. Regis Hiſpaniæ, quæ celebrata eſt Mediolani Anno 1666.

CLXV. *Sol ſuper plano ſolo quod illuſtrat.*

QUOD ASPICIT ORNAT.

*Il pare ce qu'il daigne regarder*

Deus tàm benignè juſtorum animas adſpicit, ut eas gratia & virtute impleat. Apparuit hoc ſymbolum in exequiis ſereniſſimæ Duciſſæ Sabaudiæ, cujus liberalitas adeò celebris erat, ut parem orbis nunquam viderit.

CLXVI.

CLXVI. *Sol cujus radii ſe expandunt ſuper flores his verbis Lucretii.*

SUAVITER ATTINGIT.

*Il les touche doucement.*

Quod inſervit celebrando paterno Principis regimi-ni, quo omnium ſubjectorum & oculos & animos in ſe rahit. Uſurpatum eſt hoc ſymbolum, cùm Eminen-iſſimus Cardinalis Flavius Chigius reciperetur Aveni-one, ubi legatus erat.

CLXVII. *Sol inter duos Tropicos.*

NEC VLTRA NEC CITRA.

*Ny au de là, ny au de ça.*

In quendam, qui omnia rite agit, fineſque quos ci-tra ultraque rectum conſiſtere nequit, nunquam ex-cedit.

CLXVIII. *In equeſtri ludo, qui Romæ celebrabatur Anno* 1634. *Solis ſymbolum gerebat Marchio Cornelius Bentivoglius, qui propugnatorem agebat hac inſcriptione.*

NON LATET QVOD LVCET.

*Tout ce qui a de la lumiere ne ſçauroit ſe cacher.*

Conveniunt hæc cum verbis S. Pauli. ad Epheſ. *Omne quod manifeſtatur lumen eſt.*

CLXIX. *Dominus Vergilius Cencius, qui propugnatoris vices gerebat, hoc egregium habebat ſymbolum.* Sol *erat pictus nubibuſque tectus hac epigraphe:*

MENTRE MI CELO ALTRUI
SPLENDO A ME STESSO.

Splendeo mihi, cùm aliis lateo.

Je

*Je ſuis pour moy, quand je me cache aux autres.*

In quendam, qui, poſtquam multis gravibus negotiis ſatisfecit, publico aut precandi aut diſcendi gratia, ſe ſubducit.

CLXX. *In exequiis Victoris Amedei Ducis Sabaudiæ opera R. Pat. Joglorii apparebat* Sol *nebulas diſſipans.*

SOLVIT DVM VIDIT.

*Il n'a fait que les voir pour les vaincre.*

In bellorum domitorem.

CLXXI. *Sol in ſigno Arietis, quod veris clementiam adfert.*

AMICO SIDERE.

*Sous un doux aſpect.*

Quando benignis oculis adſpicit ſuos ſubditos Princeps, magnam illis gratiam facit.

CLXXII. S*ol in eclyptica.*

CONTENTVS MEDIO.

*Content d'être au milieu.*

In Principem moderatum, qui præter juſta nihil vult amplius. Convenit quoque cuidam, qui mediocritate eſt contentus.

CLXXII. S*ol occidens ſtellis apparentibus.*

DIGNVM NEC SIDERA FVNVS.

L*es Aſtres meſmes ne luy ſont pas d'aſſez dignes funerailles.*

Hæc tria ſymbola in juſta Philippi III. Regis Hiſpa-

paniæ facta ſunt, & quod ſequitur in exequias novæ e-us nuptæ.

CLXXIV. *Sol occidens.*

INCIPIT UBI DESINIT.

*Il commence une autre courſe, ou il ſemble achever celle-cy.*

Hoc vitæ curſu abſoluto certum eſt alteram inchoare.

CLXXV. *Ludovicus Cardinalis d'Eſte habebat pro ſymbolo Solem orientem cùm his verbis:*

NON EXORATUS EXORIOR.

*Je ne me fais pas prier pour me lever.*

Qui generoſæ indolis eſt, non expectat gratiam ſuam petentem, largitur eam antequam precibus extorqueatur.

CLXXVI. *Carolus Quintus Imperator gerebat Solem in Eclyptica his verbis.*

NONDUM IN AUGE.

*Il n'eſt pas encore dans ſon Apogée.*

In aliquem, cujus ambitio expleri non poteſt, quique ad majora ſemper adſpirat. Areſius perhibet id proprium fuiſſe Caroli Spinelli Ducis de Seminara; Petra Sancta autem tribuitidem Carolo Quinto.

CLXXVII. *Ferdinandus de Gonzague Dux Mantuenſis, Solem hoc lemmate.*

NON MUTUATA LUCE.

*Sans emprunter d'ailleurs ma lumiere.*

In quendam, qui ſuis ipſius meritis elucet.

CLXXVIII.

CLXXVIII. *Fridericus Tertius Marchio Mantuenſis*, Solem.

SOLUS INDEFICIENS.

*Le ſeul, qui ne manque jamais.*

Quo deſcribitur fidi âmici conſtantia.

CLXXIX. *Summus Magiſter de Rhodes &c. Solem his verbis.*

UBIQUE SIMILIS.

*Toûjours à ſoy meſme ſemblable.*

CLXXX. *Sol in nebularum medio conſtitutus.*

OBSTANTIA SOLVET.

*Il les diſſipera.*

Hoc erat ſymbolum Cæſaris, Ducis Modenenſis, qui, cum multa ejus propoſitis obſtarent, omnia fortiſſimo animo ſuperavit.

*CLXXXI.* Sol *in medio nebularum his verbis Græcis.*

ΜΟΓΙΣ ΑΛΛΑ ΠΟΤΕ.

Difficulter ſed quando?

*A peine, mais quand?*

Prima hujus ſymboli vox græca complectitur nomen ejus, qui id gerebat, quo interrogat, quando ærumnarum futurus ſit finis, quibus tam miſere premebatur.

CLXXXII. S*ol.*

ABORRECE MI LUZ QUIEN DELLA SE OFFENDE.

Qui luce mea offenditur eam ferre neſcit.

*Qui s'offenſe de ma lumiere, ne la ſçauroit ſouffrir.*

Ho

Hoc ſymbolum operi ſuo præfixit Rodericus Menez Sylva, quod inſcripſit *Poblacion de Eſpanna.* Convenit quoque in eum, qui aliquem lædit ob veritatem patefactam.

CLXXXIII. *Sol occidens.*

NOCTEM ALIIS RELINQVIT.

*Il laiſſe la nuit aux autres.*

Quantumvis aliis Sol relinquat noctem, ipſe tamen non moritur aut luminis ſui quicquam perdit. Quod idem verum eſt de Sanctis, quamvis eorum obitu triſtes reddamur, illi tamen nihilominus gloria fruuntur, dum nos in tenebris hiſce miſeri verſamur.

CLXXXIV. Sol *deficiens ſive nubibus nebuloſis circumdatus.*

EMERGET.

*Il en ſortira.*

In quendam, qui rerum ſuarum quam maximè afflictarum aliquando ſperat optatum finem.

CLXXXV. *Sol in ſigno leonis.*

VALIDIOR SI TARDIOR.

*Plus lent, mais plus fort.*

Quando ſummus in Cœlo fertur Sol, lentiùs tum quidem videtur curſum ſuum conficere quàm cùm oriatur aut occidat; experientia autem conſtat, eum & eadem celeritate tunc ferri & multò validiorem eſſe. Utebatur hoc ſymbolo Cardinalis Johannes Baptiſta Dettius, qui etiamſi ſero ad Purpuratorum delatus eſſet honorem, ſtrenuum tamen in eo non minus ſe gerebat atque cæteri.

CLXXXVI. Sol *in medio nebularum, quæ diſſipari incipiunt.*

AUNQUE OS PESE.

Veſtris ingratiis.

*Malgré vous.*

Hoc erat ſymbolum Pagani Doriæ, qui in Academia Patavienſi, quæ eſt *Affidatorum*, nomen gerebat Securi, quo animi conſilium indicat fore, ut virtus ſua aliquando innoteſcat, quantumvis etiam ſeſe opponerent inimicorum invidi aſſultus.

CLXXXVII. *Sol ſub Zodiaco.*

SEMPER IDEM SVB EODEM.

*Toûjours le même ſous le même.*

Quo ſymbolo Franciſcus de Gattarina, cùm ejusdem Academiæ eſſet civis & ad eccleſiaſticum munus animum appelleret teſtificari volebat, ſe eundem omni tempore futurum, ſtatumque hunc ſacrum animum ſuum nunquam abalienaturum ab hujus Academiæ exercitiis.

CLXXXVIII. *Sol radios ſuos in duo ſibi invicem oppoſita ſpecula conjiciens, quæ idcirco ignea apparent.*

MUTUUS ISTE ARDOR MEUS EST.

*C'eſt moy qui fait leur ardeur mutuelle.*

In quendam, qui mutuam aliorum amicitiam conciliat.

CLXXXIX. Sol *oriens.*

MOX URET.

*Il brûlera bientôt.*

CXC. *Sol in ſigno libræ.*

MOX

TUNC NULLI INVISUS.

*Alors il eſt vû, & aimé de tout le monde.*

Omnium animos ſibi devincit, qui ad clavum Rei-publicæ ſedens juſtitiam omnibus æque miniſtrat.

CXCI. *Sol radios ſuos per nubem tranſmittens.*

DUM TRANSMITTIT TEMPERAT.

*Il les tempere en les couvrant ainſi.*

Quod in aliquem quadrat, qui ſua nimia modeſtia dotes ſuas & ingenii qualitates obſcurat.

CXCII. *Sol.*

TANTO SI VEDE MEN QUANTO PIU SPLENDE.

Quo minus apparet eò magis ſplendet.

*On le void moins plus il a d'éclat.*

Quod lemma etiam hoc verſu continetur.

NEL TROPPO LUME SUO VIENE A CELARSI.

CXCIII. *Sol.*

OCCULTUM NIHIL ESSE SINIT.

*Il ne laiſſe rien de caché.*

Oculus Dei cuncta penetrat, nec quicquam eſſe poteſt, quod coram eo queat eſſe occultum.

CXCIV. *Sol.*

NON EST MORA LIBERA.

*Il ne luy eſt pas permis de s'arreſter.*

CXCV. *Sol dimidia ſui parte apparens in medio cujuſdam nubis fulguribus interſtinctæ.*

LAMPI D'AMORE E FULGURI DI SDEGNO.

Fervor amoris fulgur indignationis.

*Brillans d'amour & éclairs d'indignation.*

Cum equeſtri ad annulum trajiciendum curſu Anno 1624 certaretur Tholoſæ auſpicio Ducis de Vantadour, ſymbolum hocce viſum eſt, notatque duos illos diverſos animi motus amorem & iram ſive indignationem.

CXCVI. *Anno 1672 in omnibus eccleſiis ſolenniter celebrabatur* S. *Franciſci de Borgia Ducis Gandienſis & dein tertii Generalis* Societatis *Jeſu relatio in numerum* Sanctorum, *hinc quidam hujus Sancti cliens occaſionem arripuit in præcipuas vitæ ejus actiones nonaginta ſymbola componendi eaque epigrammatibus latinis & gallicis exornandi, quorum decem Solis picturam habent. Primum eſt Sol oriens cum verbis Horatii Epiſt.* 1. *l.* 2. *& ſubjectis verſiculis.*

IN PVBLICA COMMODA.

*Pour le bien public.*

Naſcitur & latè quanta eſt in publica ſpargit
  Commoda Sol toto, quà patet orbe diem.
Et tu Dive diem facturus naſceris orbi
  Nec qui ſolus erat, ſol modò Solus erit.

CXCVIII. *Sol oriens & veſpertiliones fugientes.*

VT VIDETVR NON VIDENTVR.

*Dés qu'on le voit ils diſparoiſſent.*

Cum hic Sanctus vices Regias gereret in Catalonia, vitiorum inde pellebat infectionem tutamque reddebat à prædonibus hanc Provinciam.

CXCIX.

CXCIX. *Sol.*

SVPERIS GRATVS & IMIS.

*Agreable aux grands & aux petits.*

Epigraphe deſumta eſt ex Horat. lib. 1. Ode 10. ejusque genium exprimit, quem omnibus ex æquo benè acere magnopere juvat.

CC. *Sol ponè nubem cum verbis Virgilii, l. 1.*

AT NON INVISUS COELESTIBUS.

*Mais du Ciel on le void.*

In animam, quæ ſe hominum oculis ſubducit ac aliud nihil quærit, quàm ut oculis Dei ſit probata.

CCI. *Sol in Zodiaco.*

DOMOS LUSTRANDO ILLUSTRAT.

*Il éclaire les maiſons où il entre.*

In frequentes hujus Sancti viſitationes, cùm habitacula ſui ordinis per Provinciam eſſent diſperſa.

CCII. *Sol curſu ſuo luciferum inſequens.*

SUPERIOR, TANTUSQUE MINOREM.

*Tout ſuperieur & tout grand qu'il eſt, il ſuit le plus petit.*

Quamvis reliquis longè præcelleret, quà Generalis erat, hic Sanctus, Fratri tamen cuidam morem gerebat in precibus obſervandis auſteritateque vitæ diluenda ad ſanitatem tuendam â Medicis præpoſito. Eadem ſtella Venus vocatur infra ſolem & admodum exilis eſt. *Infra ſolem ſidus Veneris. Plin. l. 2. c. 8.*

CCIII. *Sol.*

TUTTI VIDENDO, DA TUTTI VEDUTO.

Omnia videns, & ab omnibus viſus.

*Voyant tout, & vû de tous.*

Quod in ejus vigilantiam curamque ſedulam compoſitum erat, quâ ſuos, quibus ſingulari exemplo prælucebat, amplectebatur.

CCIV. S*ol qui per omnia pro mentis rectricis voluntate fertur, omnibuſque æque utilis eſt.*

QUO MENS CUMQUE JUBET FEROR UTILIS.

*Utile par tout, ou mon intelligence me menne.*

Diverſas ille luſtraverat terræ Regiones Papa ita jubente, nec erat ulla, quæ beneficiis ejus benigne collatis non ſufficienter afflueret.

CCV. S*ol radios ſuos eò conjiciens quo ipſe ire nequit.*

MITTIT QUO NON PERMITTITUR IRE.

*Il envoye ou il ne peut aller.*

Maximo flagrabat deſiderio ipſe in Indiam trajiciendi, cùm vero id omnino in effectum deducere non poſſet, alios tamen viros Apoſtolicos eò mittere non deſtitit.

CCVI. *Sol.*

DAL NUME RICEVE LUME.

A Deo Lumen.

*C'eſt de Dieu ſeul qu'il reçoit ſa lumiere.*

Quo

Quo celebrabantur ejus extraordinaria dona, quibus à Deo erat cumulatus.

CCVII. *Eadem pictura gaudent quinque vel ſex, quæ paravit Alcibiades Lucarinius, cujus nonnulla jam recenſuimus.*

Sol *nube tectus.*

S'ASCONDE E PUR ASCENDE.

Abſconditus aſcendit.

*Il ſe cache, & il monte.*

In Aſcenſionem Filii Dei, quem nubes diſcipulorum oculis eripiebat, cum in cœlum aſcenderet.

CCVIII. Sol *inter nebulas.*

FRVSTRA OPPOSITÆ.

*En vain ils s'oppoſent à ſon éclat.*

Sunt, quibus invidiæ & calumniæ furioſæ impetus nihil nocere, eorumque exiſtimationem nulla ratione infringere poteſt.

CCIX. Sol *nebulis diſcuſſis.*

HINC CLARIOR.

*Il en eſt plus brillant.*

Reperiuntur quoque, quibus major calumniarum ope accedit ſplendor atque exiſtimatio, quippe hac ratione tandem merita illorum in vulgus exeunt. *Hoc ſymboli loco habebat Comes Pompilius* Callatus.

CCX. Sol *occidens & ſtellæ lumen ſuum ab eo accipientes.*

PRÆBET TANTUNDEM SINGULIS.

*Il en donne également à tous.*

In Patrem quendam, qui cum ſummum obiret diem, bona ſua in liberos æqualiter dividebat.

CCXI. *Sol deficiens.*

INFLUIT TAMEN.

*Il ne laiſſe pas d'envoyer ſes influences.*

Hoc ad Filium Dei refertur, qui in cruce pendens doloribus mortis ingentiſſimis excruciatus curam gerebat & Matris, & diſcipuli dilectiſſimi, & latronis reſipiſcentis, & Eccleſiæ, atque de bonis ſuis, ſpiritu in manus Patris tradito, in fidelium ſuorum gratiam teſtamento ſtatuebat.

CCXII. *Plurima ſpeculi fracti fruſta, quorum ſingulis* Sol *imprimit totam ſuam imaginem.*

INTEGER IN FRAGMENTIS.

*Tout entier en chaque partie.*

In Euchariſtiam, ubi ſingulæ particulæ, quibus diviſa eſt hoſtia, totum Chriſti corpus continent, id quod ſua proſa ita expreſſit S. Thomas.

*A ſumente non conciſus.*
*Non confractus non diviſus.*
*Integer accipitur.*
*Nulla rei fit ſciſſura*
*Signi tantum fit fractura*
*Quà nec ſtatus nec ſtatura*
*Signati minuitur.*

CCXIII. *Sol oriens.*

IN ORTU TOTUS LUCIDUS.

*Tout*

*Tout éclatant dés ſa naiſſance.*

In Nativitatem S. Johannis Baptiſtæ.

CCXIV. *Sol aream in horto variis floribus diſtinctam illuminans.*

DIVERSIMODE IN DIVERSIS.

*Il agit diverſement ſelon les diſpoſitions diverſes des ſujets ſur leſquels il agit.*

In varios Gratiæ effectus.

CCXV. *Sol imaginem reddens in aqua, quam quidam intuetur.*

REFLEXUM FACILIUS.

*Il ſe fait voir ainſi plus aiſement.*

Res eſt extra omnem controverſiam poſita, Deum comprehendi non poſſe, hinc ex effectis verius cognoſcitur quàm ex ſe ipſo.

CCXVI. *Sol lumen ſuum emittens in pelagus agitatum.*

FLUCTUANTE NON DISPICITUR.

*On ne l'y void point, quand elle eſt agitée.*

Non recipit facilè Gratiæ influxum anima, quæ turbido motu nimis percellitur.

CCXVII. *Multa affabrè compoſuit Symbola ſacra Paulus Areſius Epiſcopus Dertonenſis & in plurima Religionis noſtræ myſteria & in præcipua Eccleſiæ feſta, quæ inſcripſit* Impreſe Sacre, *quorum in nonnullis pro pictura adhibetur* Sol, *ut*

*Sol appoſitis verbis.*

MALE OPERANTIBVS PAVOR.

*Il ſe fait craindre à ceux qui ſont mal.*

Vix quicquam magis horrent mali, quam lucem, qua omnia illorum mala opera conſpicua fiunt.

CCXVIII. *Sol in Zodiaco.*

FICTVS LABOR.

*Un travail feint.*

Hoc ſymbolum operi cuidam ſuo præfixit D. Areſius, quo an innuere voluerit, quod nullo negotio ab uno ad aliud opus ſe conferat haud ſecus ac ſol, qui ab vno ſigno in aliud delatus non defatigatur; vel aliud quid nobis incognitum, pro certo affirmare non poſſumus.

*CCXIX. Sol in ſigno arietis his verbis ex* S. *Literis depromptis:*

JAM HYEMS TRANSIIT.

*L'Hyver eſt paſſé.*

Quod meliorem illis præſagit ſortem, qui perſecutionibus fuerant exerciti.

*CCXX. Sol in nube, quam radiis ſuis ornat.*

ORNAT NON ONERAT.

*Il l'orne ſans la charger.*

In Virginem Matrem, cùm utero gereret Jeſum.

*CCXXI. Sol ſuper Globo terreſtri.*

NON GRAVAT & GRAVIDAT.

In eandem, quæ cum Virgo eſſet, Mater Spiritus S. operatione reddita eſt.

CCXXII. *R. Abbas Ferro, qui de ſymbolis valdè contendit*

*tendit cum Paulo Areſio, concinnavit etiam quædam, quorum corpus Solem exhibet.*

Sol *oriens, quo ſtellæ diſparent.*

OFFUSCO TUTTE.

Obfuſco omnes.

*Je les efface toutes.*

In S. Virginem, quæ adeo ſanctitate præcelluit, ut omnes reliquos ſanctos poſt ſe longè reliquerit.

CCXXIII. *Sol oriens.*

DIEM PRÆSIGNAT AB ORTU.

aut ſi mavis.

ORTU DIEM.

*Il fait le jour dés qu'il paroît.*

In Papam Urbanum VIII. qui à primis oſtendit annis, quis tandem aliquando futurus eſſet.

*CCXXIV.* Sol *oriens.*

REDIT NEC DEFICIT.

*Il retourne & ne manque point.*

In cujuſdam Viri magni reditum, quem ob diuturnam abſentiam deſperaverant.

*CCXXV. Sol ſtellulis cinctus.*

SIMILI AB ORTV.

*D'une méme naiſſance.*

Quod compoſitum eſt in Barberinos.

CCXXVI. *Sol oriens.*

REDITVQVE SVO SINGVLA GAVDENT.

*Tout*

*Tout ſe rejoüit de ſon retour.*

Quo etiam magni viri reditus cohoneſtatus.

CCXXVII. *Sol oriens.*

CELERES EXPLICAT ORTVS.

*Il s'avance d'abord.*

In Eminentiſſimum Cardinalem Antonium Barberinum.

CCXXVIII. *Solebat hic Abbas plerumque in ſymbolorum corpora* Solem *adhibere, quæ in gratiam Barberinorum componebat, quia hoc erat ejus familiæ proprium ſymbolum. D. Thadeus Barberinus, Patruus Papæ Vrbani* VIII. S*ymboli loco habebat Solem ſex ſtellis circumdatum.*

ET POST OCCASUM.

*Et aprés ſon couchant.*

Quo indicare volebat, ſe vita excedentem relinquere ſex propinqua cognatione conjunctos, qui nunquam eſſent permiſſuri,ut ejus nomen ſuperſtes non eſſet, bonaque in aliorum venirent poſſeſſionem.

*CCXXIX. Franciſcus Barberinus Protonotarius,cujus fama illuſtris eſt facta per legationes quas obibat tempore Boccacii, qui ejus etiam mentionem facit, gerebat* Solem *cum his verbis.*

PURO LUMINE CLARUS.

*Toûjours brillant d'une pure lumiere.*

*CCXXX. Papa Vrbanus* VIII. *habebat Solem orientem cum verbis Horatii.*

ALIUSQUE & IDEM.

*Il*

*Il eſt autre qu'il n'étoit, & toûjours le même.*

Cum id plerumque uſu venire ſoleat, ut honores mu-
nt mores, ſignificare hoc ſymbolo voluit, alium qui-
m identidem factum honoribus multis impoſitis,
ndemque tamen ſemper permanſiſſe, ſeque nunquam
rtunæ permiſiſſe.

CCXXXI. Sol.

NIHIL LUCIDIUS.

*Rien de ſa lumiere.*

Hoc ſymbolum in titulo gerit aliquod opus Theolo-
icum, in quo difficiliores explicantur materiæ, quo in-
ui in expedito eſt, nil eo eſſe clarius expeditiuſque.

CCXXXII. *Sol cum verbis* S. *Scripturæ.*

NON EST QUI SE ABSCONDAT A CA-
LORE EJUS.

*Rien ne peut échaper à ſa chaleur.*

In quendam, qui zelo ardet & in omnibus promptum
exhibet.

CCXXXIII. *Sol occidens.*

CURA EST ANTIPODUM.

*Il prend ſoin de nos Antipodes.*

In Miſſionarios, qui ablegantur in Indiam.

CCXXXIV. *En quindecim ſymbola, quorum lemmata ſunt concatenata atque invicem à ſe dependent. Exhibentur in anteriore Reginæ conclavi Luparæ. Sol.*

OGNALTRO LUME OFFUSCA.

Alia luminaria obfuſcat.

*Il offuſque les autres lumieres.*

In quendam ſpectatæ dignitatis virum, cujus digni-
ta-

tas & ſingularis eruditio etiam illuſtrium plurimorum obſcurabat fulgorem.

*CCXXXV. Sol cum ſtellis.*

OFFUSCANDO INFIAMMA.

Obfuſcando incendit.

*Il enflamme en offuſcant.*

In aliquem, qui aliorum lumine obfuſcato, omnem totius mundi æſtimationem & amicitiam in ſe trahit.

*CCXXXVI.* Sol *ova ſtruthio-cameli excludens.*

INFIAMMANDO PRODUCE.

Incendendo producit.

*En enflammant il produit.*

Quod in Concionatorem convenire poteſt, qui ferventi ſuo ſermone magnum in animis auditorum gignit & relinquit ſtimulum.

*CCXXXVII.* Sol *illuminans montana arboribus obſita.*

PRODUCENDO ACCRESCE.

Producendo auget.

*Il augmente en produiſant.*

In Principem, qui Majeſtatis ſuæ ſplendorem auget, quando Magiſtratus multos creat.

*CCXXXVIII.* Sol *cum floribus.*

ACCRESCENDO ILLUSTRA.

Augendo illuſtrat.

*Il rend illuſtre ce qu'il fait croître.*

In

In Principem, qui illuſtres eos reddit, quos ad honoris gradum evexit.

CCXXXIX. *Sol cum floribus ſiccis.*

ILLUSTRANDO PERDE.

Illuſtrando perdit.

*Il detruit en illuſtrant.*

In Principem, qui quibusdam Aulicorum eo ipſo ruinam inferebat, quod legatorum nomine eos ablegaret aut aliquo alio honoris munere donaret.

CCXL. *Sol accendens rogum Phœnicis.*

PERDENDO SALVA.

Perdendo ſalvat.

*Il le ſauve en le perdant.*

Hoc ad Deum applicari poteſt, qui magnorum virorum lapſus graviores in bonum finem permittit, iisque in illorum bonum utitur.

CCXLI. *Sol Phœnicem inſtaurans, qui ad ejus radios pennas quaſdam perdit.*

SALVANDO ADORNA.

Salvando adornat.

*En le ſauvant il l'embellit.*

CCXLII. *Sol coralli plantam illuminans.*

ADORNANDO MANTIENNE.

Adornando ſervat.

*Il le maintient en l'embelliſſant.*

In temperantiam, quæ & maximum alicujus ornamentum eſt & ſanitatem nimium quantum tuetur.

CCXLIII.

*CCXLIII. Sol luna interpoſita deficiens.*

MANTENENDO SOFFRE.

Servando tolerat.

*Il ſouffre en la maintenant.*

In quendam, qui propter alium, quem ſibi protegendum eligit, magnam patitur perſecutionem.

*CCXLIV. Sol in medio nubium.*

SUFFERENDO SPREZZA.

Tolerando ſpernit.

*Il mépriſe ce qui le fait ſouffrir.*

In ſummam Martyrum conſtantiam, qui Tyrannorum minas ridebant.

CCXLV. *Sol avium oculos perſtringens, quæ contra eum volant.*

SPREZZANDO SCACCIA.

Spernendo pellit.

*Il les chaſſe en les mépriſant.*

In Sanctum, qui Dæmonum tentationes deridet, ceu S. Antonius, qui eos ſpernendo abigebat.

CCXLVI. *Sol nubilia diſſipans & iridem effingens.*

SCACCIANDO VINCE.

Pellendo vincit.

*Il eſt victorieux en les chaſſant.*

In Principem, qui fugatis hoſtibus victoriam reportat.

CCXLVII.

CCXLVII. *Sol facis lumen obſuſcans præterquam quod eam liqueſaciat.*

VINCENDO PERDONA.

Vincendo condonat.

*Il pardonne étant vainqueur.*

In Principem Victorem & clementem.

CCXLVIII. *Sol lunam aſpiciens.*

PERDONANDO REGNA.

Condonando regnat.

*Il regne en pardonnant.*

Hoc ſidus lunæ condonat culpam per eclipſin in ſe admiſſam, oſtenditque ſe ea longè ſuperiorem eſſe. Quod idem de Principe dici poteſt. Is enim qui condonare ſcit benigniter delicta, dignus habetur qui ſummis rebus præficiatur.

CCXLIX. *Sol hoc univerſum illuſtrans.*

REGNANDO CONSERVA.

Regnando conſervat.

*En Regnant il conſerve.*

In quendam, qui ſumma poteſtate præeſt & ſubjectorum aſſiduam curam habet.

CCL. *Poſtquam Regi placuit* Solem *pro ſymbolo ſibi eligere, multa eorum in ejus gratiam facta ſunt eodem corpore retento.* Symbolum *ejus fixum eſt iſtud ſidus Globum terreſtrem illuminans his verbis*

NEC PLURIBUS IMPAR.

*Il pourroit en éclairer pluſieurs autres.*

Cujus in defenſionem & explicationem ipſe peculiarem edidi tractatum.

CCLI. *Cum Verſaliæ equeſtri ad annulum trajicien dum decurſione contenderetur, Solem gerebat hoc lemmate.*

NEC CESSO NEC ERRO.
*Je ne ceſſe jamais, & ne m'égare point.*

Author hujus ſymboli erat Præſes de Perigny, qui illud his quatuor verſiculis explicabat.

*Ce n'eſt pas ſans raiſon, que la terre & les Cieux*
*Ont tant d'étonnement, pour un objet ſi rare,*
*Qui dans ſon cours penible, autant que glorieux,*
*Jamais ne ſe repoſe, & jamais ne s'égare.*

Quorum hujuſmodi damus interpretationem:

Quod Cœlum terramque rapit reverentia Solis
In cultum, & mira ducens virtute ſtuporem,
Cauſa ſubeſt, rapido nam pervolat æthera curſu
Nec tamen aut ceſſat, vel ſueto calle recedit.

CCLII. *Cum ludus equeſtris celebraretur, habeba Solem nebulas diſcutientem cum his verbis.*

UT VIDI VICI.

*Je n'ay qu'à les voir pour les vaincre.*

CCLIII. *Cum Lutetiam intraret bellis civilibus com poſitis, pingebant Solem radios ſuos in agrum fertilen deflectentem.*

QUOS ASPICIT BEAT.

*Il rend heureux ceux qu'il regarde.*

Quæ quàm facillimè applicari poſſunt.

CCLIV. *Cum ſolemni ratione reciperentur Rex & Regina Pariſiis, duo comparuêre ſymbola, quorum al terum erat Sol hac epigraphe.*

DE

DEDIT ILLE DIEM.

*Il nous a donné le jour.*

CCLV. *Alterum erat Luna in gratiam Reginæ, hac inſcriptione.*

DABIT ILLA QUIETEM.

*Elle apportera le repos.*

Quod in pacem quadrabat, quæ hoc connubio intercedente feliciter reſtituta erat.

CCLVI. *Cura ſymbolorum effingendorum in rem ædificatoriam, nauticam, pecuniariam, & fructus adventitios demandata eſt D. Quinautio, à quo in theſaurum regium depictus eſt* Sol *his verbis:*

DITAT INEXHAUSTUS.

*Il enrichit ſans s'épuiſer.*

In quo hæc verba ad theſaurum & liberalitatem Regis applicantur, quæ hic ad Solem ſpectant, qui omnibus naturalibus producendis auxilium fert, præterquam quod virtutis ſuæ & efficaciæ quicquam perat.

CCLVII. *Sol.*

NEC POTIOR, NEC PAR.

*Nul ne l'égale, & nul plus grand que luy.*

CCLVIII. *Sol currens ſuper horizonte.*

USQUE AD PERFECTAM DIEM.

*Juſqu'a faire un grand jour.*

CCLIX. Sol *nebulas diſſipans.*

VINCIT DUM RESPICIT.

*Il n'a qu'à les voir, pour les vaincre.*

CCLX. *Sol.*

DECOR OMNIS AB ILLO.

*Tout l'éclat vient de luy.*

Hoc ſymbolum factum eſt in rem ædificatoriam Regis.

CCLXI. *Sol in Zodiaco.*

AUDAX IRE VIAS.

*Il va chemin ſans rien craindre.*

In cujuſdam Principis animum intrepidum, cujus propoſita nihil quicquam inhibere poteſt.

CCLXII. *D. Clemens paravit quoque multa concinna ſymbola, quibus egregios verſus adjecit, inter quæ nonnulla ſunt, quæ picturæ loco habent Solem.*

*Sol vapores attrahens.*

IN ROREM & FULMINA.

*Pour la roſée & pour les foudres.*

*Je veille inceſſament au bien de l'Univers*
*Je pourvois aux beſoins de cent climats divers,*
*C'eſt la loy qu'en naiſſant les Cieux m'ont impoſée:*
*Mais au plus fort de mes ardeurs,*
*Si j'attire quelques vapeurs.*
*J'en forme également la foudre & le roſée.*

Quod latinè ferè ſic habet:

Non unquam vigiles oculos mihi ſomnia laſſant,
Quos teneo patulos in vaſti commoda mundi,
Centum diverſis diſpenſans lumina regnis.
Lex ea dicta mihi, rerum primordia quando
Diſpoſuit manus ipſa Dei, ſi quos tamen imâ
E Terra ſecum tollat mea flamma vapores

Hinc

Hinc ad penſandum ſcelus horrida fulmina condo
Et fœcundantes in terram depluo rores.

In Principem, qui novit ſuo tempore & officia cumulate reddere & pœnas conſtituere.

## CCLXIII. *Sol.*

## QUIETO SIMILIS.

*Toûjours en mouvement, ſans quitter ſon repos.*

*Je fais le tour du Ciel, cent monſtres furieux*
*Ne peuvent retarder mes ſoins laborieux.*
*Je regle toute choſe*
*Je rends le calme à l'air, aux vents je fais la Loy.*
*Quiconque cependant leve les yeux ſur moy*
S'*image que ie repoſe.*

VERSIO:

Percurro Cœli faciem, me nulla morantur
Monſtra, nec aſſiduum poſſunt tardare laborem,
Omnia diſpono, tranquillumque aëra reddo
Et ventis leges & tempeſtatibus addo
Fræna, tamen nunquam videor ſtatione moveri.

## CCLXIV. *Sol.*

## MAS VIRDUD QUE LUZ.

Plus Virtutis quàm Lucis.
*Plus de Vertu que de lumiere.*

*Du plus beau feu des Cieux divinement formé*
*On ne m'a jamais vû que l'on ne m'ait aimé.*
*Mes bienfaits m'ont acquis; un Souverain Empire,*
*Mais cet éclat brillant, dont je ſuis revêtu,*
*Quoy que les yeux en puiſſent dire*
*N'eſt rien au prix de ma vertu.*

VERSIO:

Sum defaecatus naturæ ſimplicis ignis
Cœlorumque decus, quare non lumina vertit

In me, qui fuerit noſtri non captus amore.
Imperium ſine fine mihi benefacta dederunt,
Sed color & facies hæc majeſtate verenda
Non erit in pretio nulloque in honore feretur,
Si modo noſtrarum virtutum cum grege certet.

## CCLXV. *Sol nebuloſas nubes dijiciens.*

## QUOS EXTULIT ORTU.

*Il les voit élevez en naiſſant.*

*Ce grand Aſtre joüit de toute ſa clarté*
*Il rend à l'Univers cette ſerenité.*
*Si long-temps deſirée;*
*Et de ſon trône lumineux*
*Il chaſſe la vapeur qu'il avoit attirée,*
*Quand il montra ſes premiers feux.*

Quos hunc in modum tranſtulimus.

Stellarum decus & Cœli fulgentis ocellus
Sol, rerum facies innata luce ſerenat,
Atque fugat noctem, dum Cœlo lampada reddit,
Et ſe ſublimi medium locat ætheris axe,
Unde leves nebulas radii diverberat ictu.

## CCLXVI. *Sol oriens.*

## QUALIS APEX ORTUS TANTI.

*Quel ſera le Midy d'un ſi bel Orient?*

*Ce grand Aſtre au ſortir de l'Onde*
*Eclaire déja tout le monde.*
*Déja l'air ſerein & riant*
*A la faveur d'une clarté ſi pure*
*Rejoüit toute la nature.*
*Quel ſera le medy d'un ſi bel orient?*

En tranſlationem.

Cum caput Eois Sol aureus exerit undis
Continuo totum lumen diffundit in Orbem,
Aëris inſtaurans naturam munere puri;
Hic ubi ſtelliferi ſummo de vertice Cœli
Fulſerit, ô Quantus (*benè ſi præmiſſa futuris*
*Dant exempla fidem*) qualiſque videbitur Orbi!

CCLXVII. *Sol oriens.*

NEC DUM OMNIS SESE EXERIT ARDOR.

*Toute ſon ardeur ne paroit pas encore.*

*Parmi tous les Aſtres divers*
*Qui ſervent d'ornement a ce vaſte univers*
*Il n'en eſt point qui ne me cede*
*La terre admire mon pouvoir*
*Mais je n'ay pas encor fait voir.*
*Toute l'ardeur qui me poſſede.*

VERSIO:

Inter tam varias, Cœli quibus area flammas
Exornata nitet, non eſt reperire priorem
Me ſtellam, noſtra eſt miranda potentia terris;
Non tamen omne meo ſuperat quod corpore robur
Exſerui, nec quas foveant præcordia flammas.

*Hoc ſymbolum à D. Clemente factum eſt in Illuſtris. Comitem de* Saint *Paul*, *cùm in Candiam mitteretur adverſus Turcas.*

CCLXVIII. Sol *mundum illuminans.*

IMA REPLET NEC DESERIT ALTA.

*Et ſans quitter le Ciel il éclaire la Terre.*

 In

In quendam, qui viliſſimis alterius in gratiam officiis fungens, nil dignitatis ſuæ perdebat, nec à contemplatione rerum cœleſtium quicquam illis abſtrahebatur.

CCLXIX. *Sol occidens.*

NO SE PERDE AUNQUE S'ASCONDE.

Abdendo ſe haud perit.

*Il n'eſt pas perdu pour ſe coucher.*

In Filium Dei, qui per triduum à Parentibus anxie quæſitus, in Templo Hieroſolymæ inveniebatur.

CCLXX. *Quæ ſequuntur D. Chaumels habent Authorem, qui* Senator *eſt in ſupremo rei ſubſidiariæ* Senatu *Aquitanienſi.*

*Sol oriens ſuper populis ad Polum proximè habitantibus.*

GRATIOR EX MORA.

*Plus agreable parce qu'il eſt plus attendu.*

*Habitans des climats que ma lumiere fuit*
*Triſtes victimes de la nuit.*
*Vous vous trouvez enfin au bout de ma carriere.*
*Sur vos têtes enfin mon jour eſt répandu,*
*Le bien en eſt plus grand, la joye eſt plus entiere*
*De ce que vous m'avez plus long-temps attendu.*

Quos noſtra Muſa ita canit.

Quicunque incolitis ſubjecti climata mundi
Quadrijugis noſtris; quacunque in parte remoti;
Exorior tandem vobis, & gratior adſum
Lætitia ſupplente moras, quo tardior ortus.

Quod in Regis Nativitatem adornatum referunt.

## CCLXXI. *Sol.*

## LUCETQUE & CARET UMBRA.

*Il éclaire ſans faire d'ombre.*

*L'ombre n'offuſque point les corps que j'environne,*
*Tous mes rayons ſont droits, mes regards innocens*
*Je porte le bonheur par tout où je deſcends,*
*Je fais du bien à tous, & ne nuis à perſonne.*

Quod latinè ita habet:

Corpora quæ cingit mea lux his detrahit umbras,
Directoſque meo radios de corpore mitto,
Aſpectus ſine labe mei, nec docta nocere
Lumina; Proſperitas greſſum comitatur euntis
Et bene cum cunctis faciam, mala nulla miniſtro.

Quadrat in quendam vitæ integrum ſceleriſque purum.

## CCLXXII. *Sol occidens.*

## MIHI NON OCCIDO.

*Je ne meurs pas pour moy.*

*Je repans le jour en tous lieux*
*Habitant de la terre auſſi-bien que des Cieux*
*Je fais ſentir par tout ma lumiere feconde,*
*J'éclaire également & l'Eſclave & le Roy,*
*Et je meurs chaque jour pour la moitié du monde*
*Mais jamais je ne meurs pour moy.*

En verſionem:

Qua natura patet fundo mea lumina paſſim,
Et mihi ſunt Cœli, mihi ſunt habitacula terræ,
Nitor ut in toto virtus mea nota ſit Orbe,
Cùm ſervo pariter Regi, mortemque ſubire
Gentibus alternam videor, manet at mihi vita.

Quo honeſtatæ ſunt exuviæ Beatæ Reginæ.

GCLXXIII. *Philippus* II. *Rex Hiſpaniæ cum poſſeſſionem regionum ſuarum occuparet pro ſymbolo accipiebat Solem orientem hoc lemmate.*

JAM ILLUSTRABIT OMNIA.

*Bientôt il éclairera tout.*

*Solebat hunc Solem ſæpiſſimè ſub figura humana repræſentare, quæ curru vehebatur, cujus ipſe habebat habenas ac directionem.*

CCLXXIV. *Sol oriens poſt montem.*

VIRES ACQUIRIT EUNDO.

*Plus il va plus il a de force.*

D. *Chorier, qui edidit tractatum ſub nomine* Armorial de Dauphiné, *tribuit hoc ſymbolum Regii ſtabuli Comiti de Leſdiguieres & ſequens Domui Alricorum Delphinatûs & Provinciæ.*

CCLXXV. *Sol.*

TANT QU'IL LUIRA.

Non niſi lucendo.

In quendam, qui tantum beneficiis in alios innoteſcere nitebatur.

CCLXXVI. *Sol in nebuloſis nubibus.*

ETIAM MIHI LUCES.

*Vous n'en luiſez pas moins à mes yeux dans ces ombres.*

*Quod geſſiſſe Mareſchallus de Baſſompierre perhibetur in Opere Ludovici Juſti militis, à Valdoro exſculpto.*

*ſculpto. Quo in libro cuique Principi & Mareſchallo Gallorum tria tribuuntur ſymbola, vix tamen tria aut quatuor in tam vaſta multitudine reperiuntur, quæ titulum ingenuorum ſymbolorum ſuſtinere poſſent.*

Cæterum id in Mareſchallum de Baſſompierre conveniebat cùm in Regis offenſionem ceciderat, eundem autem fidum animum erga eum conſtanter ſervabat.

## CCLXXVII. *Sol.*

### NEC FALSO NEC ALIENO.

*Mon éclat n'eſt ny faux ny emprunté.*

Hoc ſymbolo gaviſa eſt Chriſtina Regina Suecıæ & ad quamvis generoſam indolem trahi poteſt, quæ tot ornamentis naturæ ditata eſt, ut æſtimationem exinde habere eamque magnam & veram ſuſtinere poſſit.

## CCLXXVIII. *Sol lumen ſuum tranſmittens per nebulas.*

### INVENIT VIAM, AUT FECIT.

*Il s'eſt fait luy même ce paſſage, ou il l'a trouvé fait.*

Quod ſibi aſſumpſerat Illuſtriſſ. Vir de la Chambre, qui tam felici ſucceſſu Philoſophiam ſcrutatus eſt eamque tam puro ſermone gallicè deſcripſit.

## CCLXXIX. *Sol.*

### SUPER BONOS & MALOS.

*Sur les bons & ſur les méchans.*

Totum hoc ſymbolum in Evangelio continetur, Filiumque Dei Authorem agnoſcit. Cùm enim diſcipulos ſuos exemplo benignitatis Patris ſui eo deducere vellet, ut & ipſos inimicos amore ſuo complecterentur, expreſsè illis dicit, Patrem ſuum facere oriri Solem ſuum ſuper bonos & malos, omnibuſque ex æquo lu-

men diſtribuere. Inde hoc idem deprompſit Dom. Vincentius Gilbert Prædicat. Italus, quod cuidam ſermonum ſuorum præpoſuit.

CCLXXX. *Egregius ſymbolorum Autor habetur Scipio Bargalius, cui etiam hujus artis regulas debemus. Is inter cætera nonnulla quoque concinnavit, in quibus* Solis *figuram uſurpat.*

*Sol radios ſuos in hortum mittens.*

DONA E NON ISCHIEMA.

Immittit non imminuit.

*Il donne ſans gaſter ſes bienfaits.*

Quo reprehendebat mulieris cujuſdam inofficioſam agendi rationem, inſerta doctrina eam ita benignam debere eſſe uti Solem.

CCLXXXI. S*ol radiis ſuis nubem tenebroſam ſecans.*

ET PER DENSAS TRANSPARENS.

*Malgré leur ombre épaiſſe, il ſçait ſe faire voir.*

Virtus ſemper eminet, quotquot etiam objiciat ei calumnia obſtacula.

CCLXXXII. *Sol.*

PER SE FULGET.

*Il brille par luy même.*

CCLXXXIII. S*ol paludem cœnoſam luſtrans.*

IMPOLLUTUS.

*Il n'en eſt point ſoüillé.*

Crimine vacet oportet, qui hac rerum corruptarum tempeſtate à nemine vult corripi.

CCLXXXIV.

*CCLXXXIV. Sol oriens nebuloſis quibuſdam nubibus exiſtentibus.*

NON MEN LUCIDO RISORGE.

Non minus lucidus.

*Il ne ſe réleve pas avec moins d'éclat.*

In quendam, qui multis acerbis calumniæ morſibus læſus eos adeò in commodum ſuum convertere novit, ut non ſolum exinde virtutem ſuam reddat claram, ſed & magnam ſibi in orbe conciliet famam.

*CCLXXXV. Sol oriens.*

OMNES DEPELLIT UMBRAS.

*Il fait ceſſer toutes les ombres.*

In Nativitatem Jeſu Chriſti, qui Novo fœdere ſancito omnes Veteris Teſtamenti umbras & figuras abolevit. Hoc ſymbolum inſcriptum eſt Eccleſiæ Cathedrali Piſæ.

CCLXXXVI. *Alexander Perrettus Cardinalis Montalte, Papæ Sixti* V. *Nepos moderatam ſuam mentem depingere volens, cùm ad pontificiam dignitatem à ſe declinatam proveheretur ejus Patruus, ſymboli loco gerebat* Solem *in Ecclyptica inter duos Tropicos hoc lemmate.*

NON TRANSGREDITUR.

*Il ne paſſe jamais au de là de ces bornes.*

CCLXXXVII. *Cardinalis Carolus d'Arragon habebat* Solem *in Zodiaco.*

IDEM PER DIVERSA.

*Toûjours le même en diverſes demeures.*

Quo

Quo aquus & conſtans notatur animus.

CCLXXXVIII. *Exequiæ B. Reginæ, quæ celebratæ ſunt Romæ in Templo Joh. Lateranenſis, cohoneſtatæ ſunt in hujus Principiſſæ ſummæ modeſtiæ memoriam ſymbolo Solis, qui per nubem fulgorem emittebat.*

ETIAM TECTVS MICAT.

*Il a beau ſe cacher, il n'en brille pas moins.*

CCLXXXIX. *Idem pingebatur oriens in ſpem reſurrectionis, cùm eidem juſta haberentur in Templo S. Ludovici Francorum, adjecta epigraphe.*

ORIETVR.

*Il ſe relevera.*

CCXC. *Eminentiſſimus Cardinalis Zacharias Delfino gaudebat Sole in nubibus abdito.*

PREMITVR NON OPPRIMITVR.

*Il eſt caché, mais il n'en ſouffre pas.*

Calumniare audacter, ſemper aliquid hæret, verum ne tibi perſuaſum habeas quod inter maximos & graviſſimos infamiæ fluctus nunquam emerſurus ſit per bonæ frugi homo.

CCXCI. *Sol inter nebulas.*

HIS QUOQUE SUBJECTA.

*La lumiere eſt ſujette à toutes ces atteintes.*

Quo ſymbolo utebatur Johannes III. Dux Cliviæ.

CCXCII. *Roterus Comes d'Aſpurgh gerebat* Solem *nebulam pellentem.*

VIM VIRIBUS.

*Il*

*Il faut oppoſer la violence à la violence.*

CCXCIII. *Bolgarinus Bolgarini Solem nebulis obductum adſcripto lemmate.*

IMMITTIT ARDENTIORES.

*Il en a les rayons, plus forts & plus ardents.*

Plus Chriſtianum morem ſapit hoc ſymbolum quam præcedens, Politicorum quippe ex ſchola eſt vim vi repellere; at ex Evangelio diſcimus nos majora virtutis incrementa ſubinde oportere ſumere, quo magis premimur.

CCXCIV. *Academia* Securorum *quæ eſt Venetiis ſtabilita, pro ſymbolo habebat* Sole*m in Eclyptica.*

INDECLINABILI GRESSU.

*Sans jamais s'égarer.*

Sine cura progredi poſſumus, ſi nec à rationis lumine, quæ naturæ lex eſt, nec ab Evangelii carceribus, quod Gratiæ lex eſt, vel latum unguem diſcedamus. Id quod hoc Prophetæ oraculo confirmatur, quando dicit: *Si dormiatis inter medios cleros:*

CCXCV. S*ol oriens.*

SVRGIT IN ALTVM.

*Il ne ſe leve que pour s'élever.*

Hoc Gallus quidam fecit in Regis indolem excellentiſſimam, qua quadraginta annorum intervallo aliud nihil egit quàm ut Magni nomen rebus pulchre geſtis ſibi acquireret.

CCXCVI. S*ol.*

SOLUS

*Seul.*

Quem-

Quemadmodum unus Sol orbi illuminando ſufficit, ita & in ſtatu politico non niſi uno regente opus eſt. Atque hinc eſt quod Monarcharum titulo glorientur, qui imperii ſumma potiuntur.

CCXCVII. *Qui Sapientis cognomine gaudet ſeptem lemmatibus Solem depinxit, hinc totidem ex iis compoſita ſunt ſymbola, quorum quodvis Solis picturam continet.*

*Sol hoc lemmate.*

ORITUR & OCCIDIT.

*Il ſe leve & ſe couche.*

Præſtantiſſima brevitatis vitæ imago eſt Sol, eodem enim die quo oritur, etiam rurſus occidit, horarum tantum quarundam ſpatio intercedente.

CCXCVIII. *Sol occidens.*

AD LOCUM SUUM REVERTITUR.

*Il retourne à ſon origine.*

Quod egregie convenit in hominis obitum, cujus corpus, cùm ex terra originem ducat, in cinerem tandem redigitur, animaque cùm particula ſit divinæ auræ, Divorum numero rurſum inſeritur.

CCXCIX. *Sol in ſigno Leonis.*

GYRAT PER MERIDIEM.

*Il tourne ſur le Midy.*

Quo itinera celebrabantur S. Franciſci Xaverii, quæ Evangelii cauſa ſuſceperat in calidiſſima Indiæ loca.

CCC.

## CCC. *Sol in ſigno Gemellorum.*

### FLECTITUR AD AQUILONEM.

*Il tourne vers le Nort.*

In Evangelii promulgationem, quæ in terra Noricorum facta eſt à Sancto Ruperto regia Francorum ſtirpe orto.

## CCCI. *Sol ſuper Horizonte.*

### LUSTRANS UNIVERSA.

*Il viſite tout*

In vigilantiam cujuſdam Prælati, qui diœceſeos ſuæ magnam gerebat curam.

## CCCII. *Sol in Zodiaco.*

### IN CIRCUITU PERGIT.

*Il va tout à l'entour.*

Quod ejuſdem argumenti eſt cum præcedente.

## CCCIII. *Sol in Eclyptica.*

### IN CIRCULOS SUOS REVERTITUR.

*Il retourne dans ſes Cercles.*

Quod ſibi componebat quidam Academicus, qui poſteaquam aliquot annos ab exercitiis illorum ſeſe abdicaſſet, tandem ad ea revertebatur.

## CCCIV. *Sol.*

### SUA SE LUCE CORONAT.

*De ſes propres rayons il ſe fait ſa couronne.*

Qui adeò meritis ſuis elucet, ut ab aliis ſtatim cognoſci poſſit, alia exteriora ornamenta ut quærat

non neceſſe eſt. Quod Solis imagine egregiè præfiguratur, quippe eo ipſo quod Sol radios in circulos mittat, ſuo lumine ſe coronat.

CCCV. *Sol nebulis diſſipatis.*

GRATIOR EMERGIT POST NUBILA.

*Il eſt plus lumineux en ſortant des broüillars.*

Hoc unum ex quatuor ſymbolis eſt, quibus decorata eſt effigies D. Nicolai de Bailleul Equitis & Regi à ſanctioribus conſiliis, ut & Præſidentis primarii in Curia Pariſienſi, ſummi Tribuni ærarii & Cancellarii Reginæ, cujus prudentia atque fides multum valuit rebus admodum afflictis.

CCCVI. *Idem corpus pro ſymbolo habebat Dux d'Alençon, hac epigraphe.*

DISCUTIT & FOVET.

*Il les diſſipe & les entretient.*

Quo indicabat ſe animi motus pariter poſſe ciere ac ſedare.

CCCVII. *Sol occidens.*

STADIUM CUM LUCE CUCURRIT.

*Avec beaucoup d'éclat il a fait ſa carriere.*

Quo quidam notatur, qui ſumma cum gloria ex hac vita diſcedit.

CCCVIII. *Sol ex nube emergens.*

EMERGIT TANDEM.

*Il en ſort a la fin.*

Quod cuidam convenit, qui ex negotio quodam implicato glorioſe ſe extricat.

CCCIX. *Sol in Zodiaco.*

MEDIUM NON DESERIT UNQUAM.

*Il en ſort jamais du milieu.*

In aliquem, qui juſtitiæ ac virtutis eſt ſtudioſiſſimus, nec patitur unquam à tramite recti deflecti.

*CCCX. Sol deficiens interpoſita Luna.*

QUO INGRATA REFULGET.

*Et l'ingrate qu'elle eſt, me doit tout ſon éclat.*

Quo reprehenduntur beneficiorum immemores & qui benefactorum exiſtimationem ingratis calumniæ dentibus rodunt. Hocce inprimis uſus eſt Cardinalis Aſcanio, qui cùm in Conclavi pro virili contendiſſet ut ad dignitatem pontificiam eveheretur Rodericus Borgia, qui fuit Alexander VI; tàm parum ejus rei rationem habuit, ut è contrario fratrem ejus Ludovicum Ducatu Mediolanenſi privaret, hoſtemque infenſiſſimum & capitalem ſe ei præberet.

*CCCXI. CCCXII. Sol inter nebulas.*

OBSTANTIA NUBILA SOLVET.

*aut ſi mavis*

DISSIPABIT.

*Il en ſçaura ſortir. Il les diſſipera.*

Quod proprium fuit Ludovici Luxenburgenſis & cujuſdam Regum Galliæ, quo ſignificare voluerunt adverſæ fortunæ tandem aliquando fore finem, quacum tamdiu colluctati fuiſſent.

*CCCXIII. Sol æquè illuminans montes atque valles, ſylvas ac hortos.*

RESPICIT ÆQUE.

*Sur tous également il répand ſes lumieres.*

In quendam, qui cunctis nullo diſcrimine habito benefacit.

*CCCXIV. Sol mundum illuminans.*

IMA REPLET NEC DESERIT ALTA.

*Sans décendre du Ciel il éclaire la Terre.*

In aliquem, qui ad quævis propter proximum ſe dimittens, operaque viliſſima ſubiens exiſtimationis ſuæ damnum non patitur, nec à contemplatione rerum cœleſtium impeditur.

*CCCXV.* Sol *occidens.*

NO SE PERDE AUNQUE S'ASCONDE.

Non perit ſe abſcondendo.

*Il n'eſt pas perdu pour ſe cacher.*

In Filium Dei, qui per triduum in templo agebat & â S. Matre interim ſummo dolore quærebatur.

*CCCXVI.* Sol *cum verbis Theocriti.*

ΟΥΠΩ ΕΚΑΜΕ.

Nondum abſolvi.

*Juſqu'icy il n'a ceſſé d'agir.*

In Providentiam Dei.

*CCCXVII.* Sol *radiis ſuis nubem penetrans.*

OBSTAT NON IMPEDIT.

*Elle s'oppoſe à luy mais ne l'arreſte pas.*

Quæcunque in contrarium accidunt adverſa, tamen effi-

efficere non poſſunt, ut improſpere cedant, quæ auſpicamur; modo animum non deſpondeamus in illis ſuperandis.

CCCXVIII. Sol.

NEC EST, NEC ERIT, NEC FUIT ALTER.

*Il n'a jamais eu, il n'a à preſent, & n'aura jamais de ſemblable.*

Majus elogium vix excogitari poteſt in quendam, qui ſingulari cujuſdam virtutis charactere prælucet.

CCCXIX. Sol *oriens ſtellis diſparentibus nocturniſque avibus ſe abdentibus.*

UT PATET ISTA LATENT.

*Dés qu'il ouvre ſa carriere*
*On ne void plus d'autre lumiere.*

*Quand il paroît tous les monſtres ſe cachent.*

Sunt, quorum excellentia alii quivis obſcuri redduntur, quorumque conſpectum vitia ſubire verentur.

CCCXX. *Plurima vulgavit ſymbola, addita* Fama Prognoſtica, *Collegium Moguntinum in diem natalem Principis Electoris Bavariæ Maximiliani Emanuelis, quorum unum eſt Solis orientis figuram gerens hoc lemmate:*

JAM SPLENDET IN ORTV.

*Il commence à briller d'abord qu'il ſe fait.*

Sunt, quorum ingenia multo ſplendore micant, quod tamen non apparet niſi luminis fulgore exerto.

CCCXXI. *Alterum* Solis *imaginem in rivo exhibens.*

MAJESTAS LAVDATVR IN IMIS.

 *Quand*

*Quand la grandeur s'abbaiſe elle eſt plus agreable.*

Huic ſymbolo in ipſo tractatu talis præfigitur titulus: *Majeſtas & Humanitas*, & hoc pacto explicatur: *Hæc duo virtutis lineamenta frontem mei Principis mire concordia diviſerunt: ut adeò in hac una ſede benè conveniant Majeſtas & Amor.*

CCCXXII. Sol *quem aquilæ aſpiciunt & aves nocturnæ fugiunt.*

DIGNVS AMARI, DIGNVS ET TIMERI.

Quæ ſunt egregia Monarchæ ornamenta.

CCCXXIII. *Sol ſuper floribus lucens.*

SVMMA TAMETSI OCCVPENT.

*Quoy qu'occupé d'ailleurs à de plus grandes choſes.*

Non planè deſpiciunt parva mentes in excelſo poſitæ, quantumvis aliis ſeverioribus operam ſuam impenderint.

CCCXXIV. *Sol iridem in nube effingens.*

ILLVSTRAT DVM RESPICIT.

*Un ſeul de ſes regards fait toute ma beauté.*

Inter ea ſpecimina, quæ pro obtinendo præmio à Clariſſ. viro de Balzac in Academia Gallica conſtituto, comparebant, hoc Symbolum quoque concinnatum eſt à quodam, qui elegantiſſimos verſus Gallicos cecinerat in Sereniſſimi Regis laudem, quod non tantum hanc Academiam ſummo honore affeciſſet, ſed & præſidium ejus in ſe recepiſſet atque in aulam Regiam collocaſſet, quod his ſubjectis verſiculis explicabat.

*Si je ſors de l'obſcurité*
*Pour m'expoſer aux yeux du monde,*
*Je tire mon éclat d'une ſource fecunde*
*De ſplendeur & de Majeſté.*
*Je ne veux pas m'en faire accroire,*
*Je ne dois qu'au Soleil tout ce que j'ay de gloire,*
*Je n'ay que ce qu'il m'a prêté:*
*Fourniſſant ſa vaſte carriere*
*Il a jetté ſur moi ſes yeux pleins de lumiere*
*Un ſeul de ſes regards fait toute ma beauté.*

INTERPRETATIO.

Nubibus obſcuris cœcâ caligine nata
Ut ſpecter populis aliena luce niteſco,
Luce tua genitor lucis pulcherrime Titan;
Nec mihi prætumidum tam dira ſuperbia pectus
Intus agit, verum quæ cogat nolle fateri.
Gloria Sola tua eſt nitidiſſime Phœbe, quod auro
Et variis radiet depicta coloribus Iris
Gloria Sola tua eſt, quod vaſti luminis orbes
In me conjecti tantum tribuêre decorem.

CCCXXV. *Sol oriens nebulis exiſtentibus.*

SI SE ADELANTA SE ABAXARAN.

Evaneſcunt ad intuitum.

*Si il s'avance ils s'abaiſſeront.*

In Victorem, qui tantum hoſtibus ſuis injecit timorem, ut ad conſpectum ejus fugiant.

CCCXXVI. *Sol occidens.*

NON VNI DEBEOR ORBI.

*Je ſuis pour plus d'un monde.*

Quo uti poteſt vir Apoſtolicus, qui oceanum perna-

vigare non veretur, ut Indos aliaſque longinquas gentes Evangelii doctrina imbuat.

CCCXXVII. *Sol in ſigno Libræ.*

DIE NOCTISQUE PARES.

*Il rend égaux & la nuit & la jour.*

Quod ſymbolum ex primo libro Georgicorum deſumptum eſt Virgilio canente.

LIBRA DIE NOCTISQUE PARES UBI FECERIT HORAS.

Exhibitum eſt in exequiis Cardinalis Petri Compori Cremonenſis; quod ad juſtitiam hujus Prælati applicabat Author, qua pariter inſerviebat pauperibus ac divitibus. *Un animo giuſto*, inquit, *qual fù quello del morto Prelato, diſpenſa ugualmente il ſuo dritto, e al giorno de ricchi e alla notte de poverelli.*

CCCXXIX. *Sol occidens.*

HAUD IN TENEBRAS MIGRAT.

*Il ne va pas dans le ſein des tenebres.*

Herosim res egregie geſtæ morte non obliterantur.

CCCXXX. *Sol oriens.*

REMEAT CELER.

*Il revient promptement.*

In promptum alicujus reditum.

CCCXXXI. *Sol imaginem ſui in ſpeculo reddens.*

QUALIS INEST COELO.

*Il nous fait voir icy ce qu'il eſt dans le Ciel.*

Vir Sanctus poſt obitum virtutum ſuarum, quibus emi-

eminuit, atque miraculorum, quæ patravit, relinquit ſplendorem. Ea enim ſunt certiſſima Sanctitatis indicia, iiſque ſolis nititur Eccleſia ad Cultum Sanctorum nobis inculcandum haud dubitantibus, quin in cœlo fruantur magna poteſtate, qui in terris tanta Sanctitate eluxerint.

CCCXXXII. *Sol.*

MON FEU SE FAIT SENTIR.

Calor meus ſentitur.

In virum incredibili animi robore ſeptum.

CCCXXXIII. *Sol.*

BELTA CH'OGNI ALTRA ECCEDE.

Nil pulchrius.

*De toutes les beautez, c'eſt icy la plus belle.*

CCCXXXIV. *Sol nebulas diſſipans.*

VIRTU CH'OGNI ALTRA AVANZA.

Nil validus.

*Il n'eſt point de puiſſance égale à celle-cy.*

CCCXXXV. *Sol.*

OGNI COSA MANTENGO.

Omnia defendo.

*Je maintiens toutes choſes.*

In Monarcham, qui ſancit per populos pia jura.

CCCXXXVI. *Sol.*

L'IMPERO DE LA TERRA A VOI SI DEVE.

Tibi debetur regimen terræ.

*C'eſt à vous que ſe doit l'empire de la terre.*

CCCXXXVII. *Sol in Zodiaco.*

L'ORDINE ASSEGNÒ AL VARIAR DE TEMPI.

Temporis moderor curſum.

*Je fais l'ordre des temps, & je regle leurs cours.*

In Chronologiam.

CCCXXXVIII. *Sol oriens in ſigno Arietis.*

RENOVABIT FACIEM TERRÆ.

*Il renouvellera la face de la terre.*

Quo oraculo ex S. literis deprompto atque in Eccleſiæ favorem tradito promittitur Iſraëlitis ſub Veteri Teſtamento fore, ut Spiritum Sanctum quem anhelabant accipiant, qui omnia eſſet renovaturus, id quod eventum ſuum in Feſto Pentecoſtes habuit.

CCCXXXIX. *Sol.*

RERUM HINC NASCITUR ORDO.

*Il fait l'ordre des temps, & regle toutes choſes.*

Regis ad exemplum totus componitur orbis. Ejus quippe unius eſt & leges dare & ut obſerventur probè curare.

CCCXL. *Sol in Eclyptica.*

NEC TURBINE DEVIUS UNQUAM.

*Il n'eſt nul tourbillon, qui le faſſe égarer.*

Acceptum ferimus ab Aſtronomis, Solem abripi à turbine quodam, quo volvatur circa axem ſuum, cujus tamen celeritate & violentia nihil turbatu vel extra viam exorbitat. Quadrat inſigniter in ali

quem.

quem, qui ad rationis normam omnes ſuas actiones metitur, nec unquam ab affectuum violentia abripi patitur.

## CCCXLI. *Sol.*

## SOLIS INFENSUS TENEBRIS.

*Il n'a point d'ennemis que les ſeules tenebres.*

Veritatis ſymbolum eſt, quæ in lucem produci amat odioque perſequitur, quod ſe involvere poteſt.

## CCCXLII. *Sol aquilas ſpurias abigens.*

## DEGENERES FUGAT OBTUTU.

*Qui ne peut ſoutenir de ſi vives lumieres eſt indigne de luy.*

Quod ſymbolum in victas Imperatoris copias excogitatum his verſibus erat ornatum.

*Vous qui dans les champs de la gloire*
*Guidiez autrefois les Ceſars*
*Et voyiez toûjours la victoire,*
*Voler aprés vos étendarts.*
*Aigles des vieux Romains pourriez-vous être Peres*
*De ces Aiglons faux & ſans cœur.*
*Qui fuyant du* Soleil *les regards ſalutaires,*
*N'ont pû ſoûtenir ſon ardeur?*
*Non non leur chûte ſi ſoudaine*
*Eſt une marque trop certaine,*
*Qu'il ne vinrent jamais de vous.*
*Tremblez, tremblez Lions, & de Flandre & d'Eſpagne.*
*Meſme ſort vous menace tous,*
*Et vous ſuivrez de prés les Aigles d'Allemagne.*

Di-

Digni ſunt quamvis multo faſtu turgentes, hi verſus, qui latinè reddantur.

Altitonantis aves, Aquilæ, ſævique miniſtri
Fulminis, in campo Virtutum Regibus olim
Cæſaribusque Duces; antiquæ gloria Romæ;
Quorum ſigna ſequi certis victoria pennis
Sueta dedit terris regnum, ſuper æthere famam,
Anne ſatu Veſtro prognatas credere fas eſt
Degeneres aquilas, & non niſi nomine tales?
Queis virtutis egens animus ſine robore pectus,
Queiſque ſalutarem dum Sol dat cernere vultum
Huic Comes ignavis non eſt tolerabilis ardor.
Non, non; Præcipites caſus ſubitæque ruinæ
Stemmatis indicium manifeſtaque ſigna dederunt.
Exemplo hoc trepida Lugdunum, Flandria, teque
Non fallax Hiſpane timor formidine terret.
Germanis aquilis dum par fortuna mirantur.

## CCCXLIII. *Sol.*

### TOTUS ME INDIGET ORBIS.

*Tout le monde a beſoin de moy.*

In Providentiam Divinam, ſine qua orbis terrarum conſiſtere nequit.

## CCCXLIV. *Sol.*

### NEC QUIESCO NEC LASSOR.

*Je n'ay point de repos & ne ſuis jamais las.*

In quendam, qui rebus maximis obeundis haut defatigatur.

## CCCXLV. *Sol illuminans alvearia, vitem & diverſas plantas.*

### CUIQUE SUUM.

*A chacun ce que luy eſt propre.*

Quod

Quod juſtitiæ proprium eſt. Præfixum eſt hoc ſymbolum unà cum antecedente cuidam editioni Inſtitutionum Imperatoris Juſtiniani.

## CCCXLVI. Sol.

## BONUS CUM BONIS.

*Bon avec les bons.*

Bonos Sol producit effectus, in rebus qui per ſe bonæ ſunt. Eſt enim univerſalis omnium rerum cauſa.

## CCCXLVII Sol *oriens diſparentibus ſtellis.*

## MAJOR MINORES OBRUIT.

*Les plus grand opprime les petits.*

Non eſt rarum hodie inter homines hoc violentiæ genus.

## CCCXLVIII. *Sol propter Lunam defectum patiens.*

## OFFICIUNT LUMINA LUMINIBUS.

Quæ verba mutuo ſumta ſunt ex hoc Verſu:

*Sic ſæpe officiunt lumina luminibus.*

*Il y a des lumieres, qui nuiſent à d'autres lumieres.*

Nimium interdum ſcire periculoſum eſt, quippe experientia compertum habemus, nimiam ſapientiam ſimplicitati fidei admodum officere.

## *CCCXLIX.* Sol *deficiens in Meridie.*

## SUMMUS DEFICIT.

*Il manque au milieu de ſa gloire.*

In cujuſdam Viri magni obitum, qui multis præclarè geſtis erat inſignis.

CCCL. *Sol deficiens.*

QUISQUE SUOS PATIMUR MANES.

*Nous avons tous quelque defaut.*

CCCLI. CCCLII. *Symbolum Solis reciprocum.*

ORITUR UT OCCIDAT.

*Il ſe leve pour ſe coucher.*

OCCIDIT UT ORIATUR.

*Il ſe couche pour ſe lever.*

Imago vitæ & mortis, naſcimur mortales ut moriamur, & morimur ut reviviſcamus.

CCCLIII. *Cùm Tornacum Anno* 1680 *intraret Rex, plurimis ſymbolis erant portæ introitus decoratæ, inter quæ unum gerebat Solem radiis ſuis penetrantem turrem apertam.*

INGREDITUR PLACIDUS.

*Il y entre doucement.*

Quo ſignificare volebant Regem tandem poſt acerrima bella animo pacifico eam occupaſſe urbem, cujus turris erat armarium.

CCCLIV. *Sol.*

AB ILLO DIES.

*Le jour eſt de luy.*

Omnem, quam noſtro tempore habet Gallia æſtimationem, aliunde non habet quam à Regia Majeſtate.

CCCLV

CCCLV. *Sol ad cujus ortum aves cantant.*

EXHILARAT.

*Il apporte la joye.*

Quo lætitia innuitur, quâ perfundebantur ejus civitatis incolæ ad Regis introitum.

CCCLVI. *Sol in Zodiaco.*

LUSTRAT & ILLUSTRAT.

*Il les viſite, & il les éclaire.*

Quo notatur Regis induſtria, quam collocabat in regionibus ſuis viſitandis, ut & honor, quo ab incolis earum eſt receptus.

CCCLVII. *Sol hortos illuminans.*

MA MARCHE EST BIEN FAISANTE.

Curſus meus eſt beneficus.

In Regis magnificentiam, quam in itinere ubique largiendo exſerebat.

CCCLVIII. *Sol in ſigno Leonis amplaque ſub eo meſſis.*

ALTIOR VTILIOR.

*Plus il eſt élevé, plus il nous fait de bien.*

Quo Rex majore pollet authoritate, eò majora commoda in ſubditos redundant.

CCCLIX. *Sol.*

RIEN N'ECHAPE à MA VEUE.

Nihil non video.

Quod in Regem adornatum eſt, cujus ad cognitionem omnes res gerendæ perveniunt.

CCCLX.

CCCLX. S*ol ſingulis diebus majores progreſſus faciens.*

GRADU NON SISTIT IN ULLO.

*Il ne s'arrête point.*

In expeditionem Regis celerrimam, qua tot victorias reportavit.

CCCLXI. S*ol ad cujus occaſum labores finiuntur.*

ME SINE CESSAT OPUS.

*Rien ne ſe fait ſans moy.*

Si quæ magna atque præclara debent fieri opera, ipſe ut interſit omnium rerum potiens neceſſe eſt.

*CCCLXII. Sol.*

IL ECLAIRE, IL ECHAUFFE.

Illuminat & Calefacit.

Quo celebratur liberalium artium & literarum ſplendor, quem illis præbet Regia Majeſtas; & ardor, quem eadem inſpirat omnibus ſuis ſubditis, ut omnia ejus ardua negotia hiſce prælucentibus fiant & peragantur.

CCCLXIII. *Cùm* S. *Virginis quædam miraculoſa imago Anno* 1649 *ſolemni ritu loco moveretur, multa comparebant Modenæ in honorem Reginæ Cœli ſymbola, quæ vitæ ejus myſteria explicabant.* In *Nativitatem ejus erat* Sol *oriens.*

SIC NASCITUR ORBI.

*Ainſi naît-elle au monde.*

Nativitas hujus Virginis attulit Orbi terrarum lumen

men, ſpem & lætitiam, ſicut ſuo ortu quotidie idem facit Sol terræ incolis.

*In cujus explicationem additi erant hi verſus.*

*Chi di tal gioia è apportator novello?*
*Qual trionfo s'onora? ah veggio un raggio*
*Del novo Sol che rende un dì ſi bello.*

CCCLXIV. *Sol oriens cum his Prophetæ verbis.*

IN SPLENDORIBUS EX UTERO.

*Le ſein qui le produit eſt rempli de lumieres.*

In S. Virginem, quatenus abumbrante Spiritu S. mater Salvatoris reddita eſt.

## CCCLXV. *Sol.*

REGNI EJUS NON ERIT FINIS.

*Son regne eſt eternel.*

S. Virgo ſemper erit Cœli Regina.

CCCLXVI. *Pari modo factum eſt, ut Anno 1645. redeunte Duce Sabaudiæ Carolo Emanuele Turinum, bellis in Pedemontio debellatis, in ejus receptionem quædam ſymbola fabricata ſunt; inter quæ etiam erat Sol in ſigno Tauri.*

RADIIS MELIORIBUS USUS.

*C'eſt icy qu'il répand ſes rayons les plus doux.*

Verni rident dies, cœlumque ſerena luce nitet, omnis in herbas turget humus, trudit gemmas & frondes, flores explicat arbos, quando

*Candidus auratis aperit cum cornibus annum*
*Taurus, & adverſo cedens canis occidit aſtro.*

Atque id ipſum eſt, quod huic menſi nomen fecit Aprilis. Hoc autem verno tempore ingreſſus eſt Dux Sabaudiæ Turinum, cujus & nomen & inſignia huic ſigno originem debent.

Hujus Pompæ deſcriptionem fecit Abbas Caſtiglio ſub titulo *Pompe Torineſe*, eminebatque inter cæteras inſcriptiones, quibus arcus triumphales decorati erant quædam in machinam igneam, quæ idem ſignum referebat turri impoſitum.

PALLAS ALPINA

*Subalpinum Solem introducit in Taurum*
*Superbiens itaque Taurus, & ſidereum Arietem eludens*
*Stellis ſeſe innumeris coronat*
*Ignituſque conſurgens in Turrim*
*Lucidas & umbratiles infert Cœlo minas*
*Ac ut Palladem*
*Æque Pacis ac Belli Divam eſſe teſtetur*
*Mugit tonantes exardeſcens in flammas,*
*Sed inſontes.*

CCCLXVII. *Cùm multis ſymbolis celebris redderetur * Andegavæ introitus Reginæ Matris Mariæ de Medicis Anno* 1619. *die* 16. *Octobris, inter cætera, quibus conſpicui erant arcus triumphales, Sol pictus erat adſcriptis verbis.*

DA ME LUZ O ESCONDE TE.

Illumina me aut abſconde te.

*Eclairez moy ou cachez vous.*

Quo indicari in proclivi eſt, Principem conſpectum ſuorum haud mereri niſi ad exemplum ſuum poſſint regi & emendari.

*Qua occaſione etiam hic cippus pereleganter in eam ſtylo Romanorum vetuſto compoſitus eſt, quo lectorem privare haud poſſumus.* MA-

* *Angers.*

MARIÆ AUG. MAGNI DUCIS F.
CÆS. N. HENRICI MAGNI COM-
PARI LODOVICI JUSTI MATRI.

*Quæ poſt Henricum Magnum nefando ſublatum*
*Parricidio, ſummâ raraque conſtantia*
*Imperii clavum Regiſque adoleſcentis mores*
*Delatâ ex S. C. tutelâ communi bonorum plauſu*
*Fortiſſimè, prudentiſſimeque direxit*
*Tumultibus compoſitis, fide fœderatis ſervata,*
*Chriſtianæ Religionis anteceſſoribus*
*Ad Barbaros Miſſis.*
*Regni communibus conciliatis conjugi:*
*Sacroſanctis fœderibus opportunè firmatis*
*Toto ferè Regno luſtrato*
*Rebus ſanctiſſimè geſtis:*
*Quod hanc etiam Civitatem Civium Amore, Fide,*
*Obſequio in Regem cognitis, ſedem Majeſtatis ſuæ*
*Heic ſtatuere,*
*Provincialiumque omnium Patrocinium ſuſcipere*
*Non eſt dedignata:*
*Ad æternam tanti beneficii memoriam*
*Huc votivam tabulam*
*Ejuſdem Aug. Op. Max. Majeſtati*
*Devotiſſ. Pap. Juliom.*
*P.*

## CCCLXVIII. *Sol eclypſin patiens.*

SPECTANTES PATITUR.

*Il ſouffre qu'on le regarde en cet état.*

Magnanimis hoc proprium eſt natura, ut non niſi in magnis ſpectari velint. Secus tamen viſum fuit Phi-

 lippo

lippo ſecundo Regi Hiſpaniæ, qui cum in ultimo vitæ articulo verſaretur, ſuos exire non juſſit, qui cubiculum ſuum intraverant ſpectatum in tanto Rege ſplendoris humani vanitatem, qua

*Pallida mors æquo pulſat pede pauperum tabernas,*
*Regumque turres.*

Hinc natum eſt, quod in exequiis ſpectandum dabat Neapolis, hoc ipſum ſymbolum.

CCCLXIX. *Pingebant quoque Solem occidentem, cujus radii alium in nube quadam effingebant hac epigraphe.*

NON DEFICIT ALTER.

*Un autre luy ſuccedera.*

Reges non magis moriuntur quam Sol, quippe alii ſtatim in prædeceſſorum locum ſurrogantur.

CCCLXX. *Tanto præſtitit ingenio, virtute & meritorum cumulo Illuſtris Fœmina de Saliés vidua Dom. Viguier d'Alby, ut parem ætas priſca vix viderit. Ea introitum D. de Serroni Archiepiſcopi Albienſis cohoneſtare volens, Coelum turbidum pingi curavit cum duobus Solibus & hoc verſu Italico:*

NON BASTA UNICO SOL PER CIEL SI FOSCO.

Plus uno Sole opus eſt Cœlo adeo turbato.

*Il faut plus d'un Soleil pour un Ciel ſi broüillé.*

Aſpera fuerat hyems, diuque ſævitiem ſuam exſeruerat in tali Provincia, quæ ejus rigori adeò aſſueta non eſt; eo autem die, quo intrabat hic Prælatus Albiam, Sol poſt diuturna nubila iterum ſe conſpiciendum dedit, unde huic ſymbolo locus & occaſo.

Li-

Literæ, quibus ipſa fideliter complexa eſt hanc introitus celebritatem, tanta ſuavitate ſunt refertæ, ut in benigni Lectoris patientiam me non eſſe peccaturum mihi omnino perſuadeam, ſi eam illarum partem hic ſubjiciam, qua cum ſole confert prædictum Prælatum. *Le 22 de Fevrier de cette Année 1679. Monſeigneur de Serroni premier Archevêque d'Alby, partit de Caſtres pour arriver le même jour à Alby, où depuis plus de deux ans il étoit attendu avec une impatience extraordinaire. Le Ciel pour ſeconder ſes deſſeins, fit naître un jour admirable, & bien different de ceux qui l'avoyent precedé durant trois mois. Ce jour étoit ſi beau qu'il ſembloit en verité que toute la nature ſe réjoüiſſoit avec nous. Ne nous imaginez pas d'avoir vû briller toute la lumiere de ce beau jour, il ne fut en aucun lieu du monde ſi beau, ſi clair, ny ſi ſerein qu'en Albigeois. Le Soleil & Mr. l'Archevêque d'Alby ſe leverent fort matin ce jour-là, & la beauté de la ſoirée augmentoit celle de tous les objects. Cela ſe paſſoit durant ces agreables momens qui precedent le coucher du Soleil aprés un beau jour, & lorſque cet Aſtre nous voulant quitter*

*Pour porter ſa clarté feconde*
*Aux habitans d'un autre monde,*
*Son char qui fait rougir les Cieux*
*Eſtant preſqu'à demy dans l'Onde*
*Peut être regardé ſans offercer les yeux.*

i. e. Dies erat vigeſimus ſecundus Februarii An. 1679. cùm iter ſuſciperet Caſtro D. de Serroni Archiepiſcopus primarius Albienſis, ut eodem die Albiam perveniret, ubi plus quàm biennii ſpatio magna impatientia erat expectatus. Arriſit ejus conatibus ipſum cœlum, cùm tanta ſerenitate illuceſceret ille dies,

ut talem intra trium menſium decurſum nemo vidiſſet. Erat enim tam gratus ut tota natura videretur una nobiſcum, ut cum Poeta loquar, alterno terram quatere pede. Nemo tamen ſibi perſuadeat ſe omnem ſplendorem hujus diei vidiſſe, nullibi quippe gratior, clarior, ſereniorque illuxit, quàm inter Albigenſes: Summo mane oriebatur eo die & Sol & D. Archiepiſcopus Albienſis & veſpertini temporis gratia augebat eum omni ratione. Hoc factum eſt intra hoc gratum exigui temporis ſpatium, quod ortum Solis ſerenum & occaſum intercedit, & dum hoc ſidus nos relinquens, ut ſe

Gentibus alterius ſpectandum præbeat orbis,
Cum rubeo medium curru ſe merſit in æquor:
Cernitur innocue, radios quia temperat unda.

CCCLXXI. *Cùm Regina Hiſpaniæ Madriti Anno* 1680 *die* 18 *Januarii ſolenni ritu exciperetur, ad portam quæ* Solis *nomen gerit, depictus erat* Sol *dimidia ſui parte ſuper horizontem cum his verbis Hiſpanicis.*

DOS MUNDOS AGORA GOZA.

Utrumque regit orbem.

S*on Empire s'étend ſur l'un & l'autre Monde.*

CCCLXXII. S*ol ſuper area florum.*

SIC IMPENDIT OPES.

C*'eſt ainſi qu'il employe ſes richeſſes.*

Quod in Theſaurum regium factum eſt atque in eas impenſas, quæ in Eruditos fiunt Regia liberalitate.

CCCLXXIII. S*ol in ſigno Arietis illuſtrans terram.*

PURGAT CUM RENOVAT.

*Il purge la Terre en la renouvellant.*

In reformationem legum, rei ærariæ & copiarum, quæ à Rege inſtituebatur.

CCCLXXIV. *Sol illuminans alveare.*

SOSPITAT INTUITU.

*De l'un de ſes regards il leur donne la vie.*

Ægros non tantum Salvator adſpectu ſuo ſanavit, verum & eo ipſo diſcipulos ſibi fecit & peccatores ad frugem reduxit.

CCCLXXV. *Sol in medio Zodiaci ſignis notati.*

IN MIRACULA DIVIDIT ANNUM.

*Il partage l'anné en autant de miracles.*

In ea loca, quæ ſingulis anni menſibus ditioni ſuæ adjecerat Rex Potentiſſimus.

CCCLXXVI. *Idem.*

NEC MONSTRA MORANTUR.

*Les monſtres ne l'arrêtent point.*

Haud inhibentur magnanimi conatus à difficultatibus quibuſvis.

CCCLXXVII. *Sol.*

NULLA EST NESCIA TERRA.

*Il eſt connu par tout.*

Lemma Ovidii eſt.

*Nullaque de facie neſcia terra tua eſt.*

Quod in Reginam Sueciæ compoſitum erat, cùm ex Suecia in Germaniam, inde in Hollandiam, ex ea in Galliam, hinc in Italiam ſe conferret.

CCCLXXVIII. *Sol occidens.*

NON SIBI MORITUR.

*Il ne meurt pas pour luy.*

Princeps pius gloriam ſuam moriendo non amittit, ſed manet ſuperſtes apud illos qui eum perdunt.

CCCLXXIX. *Sol cum maculis ſuis.*

EGREGIO IN CORPORE.

*Des tâches dans un ſi beau corps.*

Non eſt ulla ſocietas in toto terrarum orbe, quamcunque etiam Sanctitatem præ ſe ferat, quæ nullius imperfectionis errorisque argui poſſet.

CCCLXXX. *Sol.*

NI ASPICIAT NON ASPICITUR.

*S'il ne regarde on ne le regarde pas.*

Honor plerumque ab iis contemptim habetur, qui ad nullum ejus gradum adſpirare poſſunt.

CCCLXXXI. *Sol occidens.*

CRESCENTES DUPLICAT UMBRAS.

*Il fait les ombres plus grand.*

Ex Virgilio depromptum eſt & ad eum referri poteſt, qui dubia quædam expedire conatur, ſuaque opera identidem obſcuriora reddit.

CCCLXXXII. *Sol in ſigno Libræ.*

SUB JUSTO TEMPERAT ORBEM.

*Sous un juſte moteur il gouverne le monde.*

Hoc ſymbolum adornatum eſt pro D. Cancellario

lario Seguier rerum potiente Ludovico Juſto.

*CCCLXXXIII. Sol illuminans mundum.*

HILARATUR AB UNO.

*Il fait toute ſa joye.*

Gratus eſt Deo unus juſtus haud ſecus atque toti naturæ unus Sol.

*CCCLXXXIV. Sol.*

SIBI SOLI NON LUCET.

*Ce n'eſt pas pour luy ſeul qu'il a de la lumiere.*

Non ſolum ſibi vivere debet Princeps, ſed & ſubditis ſuis. Secus qui vivit in conſortio hominum, arborum naturam imitatur, quarum quævis tantum ſucci attrahit, quantum ad alendum eſt neceſſe, reliquis præter ſuperfluum nihil relinquens, idque nulla ratione habita proſitne quicquam an obſit.

*CCCLXXXV. Sol.*

UNICUS ORBI.

*Unique dans le monde.*

Sicut unus tantum Sol eſt, qui mundum illuminat, eaque producit quibus opus eſt; ita & unus tantum Deus cognoſcendus eſt præterque eum alius nemo.

*CCLXXXVI. Sol.*

UNDARUM TERRÆQUE POTENS.

*Egalement puiſſant ſur la terre & ſur l'Onde.*

In Principem, penes quem erat ſumma poteſtas & maris & terræ. Quia in utrumque Elementum æqualiter agit hoc ſidus, placuit Ægyptiis id effingere per navem quæ eſt quaſi Animal amphibion.

CCCLXXXVII. *Comparuêre quoque in plurimis nummulis æreis ſymbola in Regem confićta, quæ pro corpore habent Solem.*

*Sol verno tempore.*

FOECVNDIS IGNIBVS ARDET.

*De feux feconds il paroît enflamé.*

*Quod factum eſt in Regis connubium atque nummulo cuidam inſculptum Anno* 1660.

CCCLXXXVIII. *Sol.*

SIBI SEMPER IDEM & ORBI.

*Toûjours le même à ſoy même & au monde.*

In Regis Conſtantiam.

CCCLXXXIX. *Sol Phœnicis rogum accendens.*

URIT ADORANTEM.

*Il brûle celuy qui l'adore.*

In quendam, qui cùm violento affectu abripiatur, eodem tempore magno honore aliquem afficit.

CCCXC. *Sol Meridianus.*

LUCET SUPERIS & TEMPERAT IMA.

*Il brille au Ciel & gouverne la Terre.*

In Magnitudinem Dei, qui ſumma felicitate ſanctos in Cœlis beat, & ſua Providentia omnia his in terris gubernat.

CCCXCI. *Sol.*

FACTIS MIRACVLA FIRMAT.

*Il*

*Il affermit par ces faits les prodigues qu'il a déja fait.*

CCCXCII. *Sol iridem effingens.*

TERRAS JVBET ESSE QVIETAS.

*Il donne la paix à la terre.*

In pacem redditam.

CCCXCIII. *Sol eclypſin paſſus.*

SPLENDOREM & GAVDIA REDDET.

*Il nous rendra ſon éclat, & la joye.*

Cùm Rex convaleſceret poſt morbum periculo plenum.

CCCXCIV. *Sol qui nebulas diſſipavit.*

INVENIT VIRTVTE VIAM.

*Il s'eſt fait au travers un illuſtre paſſage.*

CCCXCV. *Sol in ſigno Arietis ſuper arboribus.*

JVBET REVIRESCERE LAVROS.

*Il fait reverdir les Lauriers.*

Cùm verno tempore in campum felici omine educerentur milites.

*CCCXCVI.* *Sol vapores attrahens.*

POTIORA REPENDIT.

*Il rend plus qu'il ne tire.*

Non alio fine exigit Rex ſubſidia & tributa, quam in ſubditorum ſuorum maximum uſum & emolumentum.

*CCCXCVII.*

CCCXCVII. *Sol nivem liqueſaciens.*

SATIS EST VIDISSE.

*C'eſt aſſez d'un de ſes regards.*

Opus eſt tantum Regis præſentia ad hoſtes profligandos.

CCCXCVIII. *Sol oriens in ſigno Capricorni, quo breviſſimos deſcribit dies hora octava demum illuceſcens.*

QUID GAUDIA NOSTRA MORARIS?

*Pourquoy differez vous le plaiſir de vous voir?*

In quendam, cujus adventus quam diutiſſime differtur.

CCCXCIX. *Sol oriens.*

CRESCET ADHVC.

*Il croîtra encore.*

Quo notatur, cujus fama & merita indies majora ſumunt incrementa.

CD. *Idem.*

PROCEDIT & CRESCIT.

*Il croit à tous momens & s'avance toûjours.*

Eodem ſpectat quò præcedens. Alterum authorem habet P. Henricum Engelgrave, qui illud in Filium Dei compoſuerat ad hæc verba Evangelii: *Puer autem creſcebat.* Alterum ex Proverbiis deſumtum eſt, ubi Sapiens inquit: *Juſtorum ſemita quaſi lux ſplendens procedit & creſcit uſque ad perfectam diem.*

CDI.

CDI. *Aquila Solem intuens, cujus ardore aduruntur ejus plumæ.*

DELECTAT ET URIT.

*Il a beau le charmer il le brûle à la fin.*

Ex Emblematibus eſt hoc, quo Otho Vœnius depingere voluit amorem illicitum.

CDII. *Sol terram illuminans.*

SENZA LASCIAR IL CIEL TOCCO LA TERRA.

Terram peto in Cœlo permanens.

*Et ſans quitter le ciel, je deſcends ſur la Terre.*

Quo depingitur ſacramentum Euchariſtiæ mirandum, in quo corpus Filii Dei nobis ſiſtitur, cùm tamen in Cœlo perpetuo maneat.

CDIII. *Sol ſuper area florum.*

NON IDEM IN OMNES.

*Different ſelon divers ſujets.*

Quod Gratiæ proprium eſt.

CDIV. *Sol nube tectus.*

IL BELLO SI, MA LO SPLENDOR NON CELA.

Gratiam celat, non ſplendorem.

*Il cache ſa beauté & non pas ſon éclat.*

Hoc compoſitum erat in Fœminam quandam, quæ vultum larva texerat.

CDV. *Sol inter lunam & ſtellas.*

IN TUTTI SPLENDO.

A me lumen.

*Ils brillent tous de mes lumieres.*

Quo pictura quædam S. Virginis ornata erat, in qua verſabatur in medio Angelorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apoſtolorum, Martyrum, Confitentium, Virginum, & aliorum Sanctorum, quorum Regina eſt.

**CDVI.** S*ol cujus ad conſpectum ſtellæ diſparent cum hoc verſu Taſſi.*

V'ABBAGLIANO LA VISTA ANCO I PIU DEGNI.

Aciem perſtringit etiam lucidiſſimorum.

*Il éblouït meſme les plus brillans.*

Non eſt quicquam tam ſplendidum, quod Dei magnitudine non ſuperetur.

**CDVII.** *Sol ſuper Globo terreſtri.*

TOTUM CIRCUMSPICIT ORBEM.

*Et ſur tout l'Univers il étend ſes regard.*

In Providentiam Divinam.

**CDVIII.** *Sol Meridianus.*

ALTIOR ARDENTIOR.

*Plus il eſt élevé, plus il a de force.*

In magnum cujuſdam Prælati zelum.

**CDIX.** *Sol meridianus.*

ÆQUE SPECTATUR à CUNCTIS.

*De tous également il peut être apperceu.*

In Principem, qui omnibus aditum liberum permittebat.

CDX.

CDX. *Sol ſuper campo quodam.*

EX TE CUNCTA NITOREM.

*Tout reçoit ſon éclat & ſon luſtre de vous.*

Quod erat concinnatum in Cardinalem Ludovicum Papæ Gregorii XV. Nepotem.

CDXI. *Sol.*

NO CAUSADO, Y POR TODO.

Indefeſſus per omnia.

*Par tout ſans ſe laßer.*

In honorem Regis Hiſpaniæ Philippi ſecundi, & convenit cuique Principi, qui improbo labore ſemper eſt occupatus.

CDXII. *D. Laurentius Ramire Prado Hiſpanus opus quoddam Regi Hiſpaniæ Philippo* III. *conſecrans in frontiſpicio pingebat Solem hoc lemmate:*

FOVET ET ORNAT.

*Il fait tout mon éclat, il eſt ſeul mon ſoûtien.*

CDXIII. *Sol inter nebulas.*

NON DIU.

*Ce n'eſt pas pour longtemps.*

Vinci luctum poſſe, ipſa natura nos docet: nam ſi non aliter, die certe conſumitur.

CDXIV. *Sol.*

TOGLIE IL LUME COL LUME.

Perſtringit oculorum aciem ejus lumen.

*Sa lumiere éblouït.*

CDXV.

CDXV. *In obitum cujuſdam Viri magni depingebatur Sol occidens adjecta epigraphe.*

VADAM & REVERTAR.

*Je ne vas pas pour retourner.*

CDXVI. *In Exequiis Duorum Ducum Modenenſium Franciſci & Alphonſi multa ſymbola conſpicua erant, quæ pro corpore habebant* Solem *à P. Gamberto ex* So*cietate Jeſu conficta.*

Sol.

FRUSTRA TERREBERE NIMBIS.

*Tous les broüillars ne me font point de peur.*

CDXVII. Sol *occidens.*

REDIT IN ORTUS.

*C'eſt pour renaiſtre qu'il ſe couche.*

CDXVIII. *Sol ſupra nubes.*

SERENUS DESPICIT.

*D'un viſage ſerein il ſçait les mepriſer.*

Lemma ex Statio eſt, cujus applicatio facile inveniri poteſt.

CDXIX. *Sol.*

FACILIS QUÆRENTIBUS.

*On le trouve aiſement quand on veut le chercher.*

CDXX. Sol *inter nebulas quibus multo lucidiores redduntur radii.*

PIN COCENTE DU CAMPA.

Plus

Plus ardet.

*Il en eſt plus ardent.*

In amorem abſconditum impeditumque.

CDXXI. *Sol in ſigno Libræ.*

A TUTÎ GIUSTO.

Omnibus Juſtus.

*Juſte à tous.*

CDXXII. *In obitum* S. *Caroli Borromæi depictus erat* Sol *occidens cum his verbis.*

DELITESCIT UT RENASCATUR.

*Il ſe cache pour reparoître.*

CDXXIII. *Sol in ſigno Arietis.*

TORPENTIA FRIGORA SOLVET.

*Il vient pour diſſiper les froideurs languiſſantes.*

CDXXIV. S*ol occidens in Oceano.*

POPULIS SIC FULGET IBERIS.

*Aux coſtes de l'Ibere on voit tout ſon éclat.*

In Reginam Hiſpaniæ.

CDXXV. *Sol in Oriente & Luna in Occidente.*

DIVISUM IMPERIUM.

*Qu'ils partagent entre eux tout l'Empire du monde.*

Quo duobus maximis Principibus totius mundi imperium optatur.

CDXXVI. S*ol inter alios Planetas.*

SOLUS NON ERRAT.

*Luy ſeul n'erre jamais quoyqu'il aille toûjours.*

In quendam, cujus agendi ratio tam æqua eſt, ut ab ipſo Zoilo reprehendi nequeat.

CDXXVII. *Sol.*

REBUS ADEST.

*Toûjours preſent à tout.*

Quod Saavedræ ſymbolum eſt.

CDXXVIII. *Sol cui ſpeculum oppoſitum eſt.*

MAGGIORMENTE RILUCE.

Magis ſplendet.

*Il en a plus d'éclat.*

Qui eo uſque pervenire poteſt, ut meritis ſuis ſplendorem ſibi conciliet, & magis ſplendebit & majorem ſibi famam comparabit.

CDXXIX. *Sol meridianus ad cujus lucem florum aliu[s] aperitur, alius clauditur.*

MORTIFICAT & VIVIFICAT.

*Il mortifie & vivifie.*

Proſunt aliis afflictiones eædem, quæ aliis obſunt, id que pro ratione uſus diverſa, qua huic in ſummum bonum, illi in ſummum malum cedunt.

CDXXX. *Sol cum circo lucido in medio nebularum.*

DANT NUBILA VICTA CORONAM

*Les broüillars diſſipés me font cette couronne.*

Magnis in laudibus id ducitur Monarchæ, factionum partes diſcuſſiſſe & regnum ſuum authoritate confirmaſſe.

CDXXX

CDXXXI. *Sol iridem deſcribens.*

CON UN GUARDO LO FORMA.

Uno intuitu facit.

*D'un ſeul de ſes regards il le fait ce qu'il eſt.*

Sufficit gratia Principis aulico ad bonos fortunæ progreſſus faciendos.

CDXXXII. *Sol inter nebulas.*

NON ANDRA MOLTO, E N'USCIRA.

Brevi gratior.

*Dans peu de temps il en ſera plus beau.*

CDXXXIII. *Quidam Academicus Italus qui* Piſtorii in Academia* Philoponum *indefatigati nomen gerebat, pro ſymbolo eodem tempore accipiebat* Solem *orientem.*

MOTUS ERIT REQUIES.

*Le mouvement me tient lieu de repos.*

CDXXXIV. *Sol oriens.*

SENSIM NON OCCULTE.

*Il croit viſiblement.*

CDXXXV. *Sol oriens.*

OMNIBUS SOLATIA FUNDIT.

S*a naiſſance pour nous eſt celle de la joye.*

In Nativitatem cujuſdam Principis.



* *Piſtoye.*

CDXXXVI. *Sol.*

UNUS UBIQUE POTENS.

*Seul par tout Tout-puiſſant.*

Nemini magis convenit quàm Deo. Factum erat pro Rege Hiſpaniæ.

CDXXXVII. *Sol ſub nube latens.*

SENTITUR & LATENS.

*Et tout caché qu'il eſt il ſe fait bien ſentir.*

CDXXXVIII. *Sol in ſigno Leonis.*

GEMINAT INCENDIA.

*C'eſt là que ſes ardeurs mettent le feu par tout.*

Cum exercitus Regii educerentur in campos in Flandria, quæ pro ſymbolo Leonem habet.

CDXXXIX. CDXL. CDXLI. CDXLII.

*Sol deficiens.*

TEGMINE DEFICIT.

*En ſe cachant il perd tout ſon éclat.*

TEGITUR NON DEFICIT.

*Il cache ſa lumiere & n'en perd du tout rien.*

NON FORMA RECESSIT.

*Il ne perd rien de ce qu'il eſt.*

NUNQUAM TOTUS DEFICIT.

Quod ita expreſſit Lucarinus:

SOL RESTA IN PARTE ASCOSO.

Quæ

Quæ variæ exprimendi formæ varios afflictionum & calumniæ effectus notant.

CDXLIII. *Sol nube circumdatus, quam ipſe vaporibus elevatus conſtituit.*

CONDITUS IN TENEBRIS QUAS CONDIDIT.

*Il ſe cache dans l'obſcurité qu'il s'eſt fait luy meſme.*

Quod in S. Franciſcum de Borgia compoſitum eſt, cùm in eremum diſcederet, quam ſolitudini ſuæ præparari curaverat.

CDXLIV. *Sol florum hortum adſpiciens, quorum cuique, quæ neceſſaria ſunt, tribuit.*

PARVIS ÆQUUS ALUMNIS.

*Horat. l. 3. Od. 18.*

*Il fait du bien aux plus petits.*

In eundem Sanctum, qui novitiorum ex Societate Jeſu erat Magiſter, cui ſe omni ſuo ſtatu abdicato tradiderat. Explicatio hujus ſymboli continetur his verſibus

*De ces petites fleurs je ſuis le commun Pere*
*Pour elles on me voit toûjours en action,*
*J'ay ſoin de leur perfection,*
*Et de leur inſpirer la vertu neceſſaire.*

Quod idem fermè eſt ac ſi diceres.

Floribus his ego ſum Genitor communis, opuſque
Dant mihi continuum curæ & pius ardor in illos,
Ut quivis perfecta ferat pigmenta colorum,
Per teneras ſparsâ fibras virtute, laboro.

CDXLV. *Sol.*

VAS ADMIRABILE OPUS EXCELSI.

*Cet ouvrage admirable eſt l'ouvrage de Dieu.*

In converſionem S. Pauli.

CDXLVI. S*ol, qui conſpicitur per parvum pinnularum in Aſtrolabio foramen.*

SIC TUTUS TOTUSQUE VIDETUR.

*C'eſt ainſi qu'on le voit ſeurement tout entier.*

Quod à P. Engelgravt excogitatum eſt in Euchariſtiam.

CDXLVII. *Sol.*

NIL AMABILIUS.

*Rien de plus aimable.*

In Reginam Francorum Eliſabetham Caroli IX. Conjugem.

CDXLVIII. *Sol nocturnas aves fugitans.*

EXCOECAT CANDOR.

*Mon éclat les aveugle.*

Ipſo ſuo candore calumniam & invidiam vincit innocentia.

CDXLIX. *Sol occidens.*

ILLUXERUNT CORUSCATIONES TUÆ.

*On a vû vôtre éclat.*

In Sanctum, cujus proba vita & magna exempla omnibus cognita ſunt.

CDL. S*ol in Zodiaco ſphæram oblique ſecans.*

OBLIQVE VT VBIQVE.

*En travers pour aller par tout.*

Qui-

Quidam ingenio multum valens rebuſque quamplurimis deditus à quodam amico ſuo admonitus, ut uni rei animum ſuum applicaret, unde avocari haud pateretur, hoc ſymbolum ſibi fecit & quod ſequitur.

CDLI. *Sol in eclyptica.*

OBLIQVVS NON DEVIVS.

*Il ſe detourne un peu, mais ne s'égare point.*

CDLII. *Nicolas Brulart de Sillery Cancellarius Galliæ pro ſymbolo habebat Solem in Zodiaco.*

REDIT LABOR ACTUS IN ORBEM.

*Chaque jour ſans repos mon travail recommence.*

CDLIII. *Sol & piſces, qui ſuper aqua inſiliunt.*

SI SERENUS ILLUXERIT.

*Si d'un regard ſerein il veut les éclairer.*

In Principis cujuſdam introitum, cujus causâ in magnum gaudium effunduntur, qui eum recipiunt.

CDLIV. *Sol cum Aſtrolabio ad eum inſpiciendum conſtituto.*

LUMINA MENS ILLINC.

*C'eſt de là que l'eſprit tire d'autres lumieres.*

Quod gerebat Alphonſus Beccaria Academicus Italus, quo ſignificare volebat, eum, qui in ſcientiis quicquam vellet proficere, ad Deum debere recurrere ceu omnis luminis fontem.

CDLV. *Sol.*

REBUS COLOREM REDDIT & VITAM.

*Il donne la couleur & l'eſprit & la vie.*

In picturam excellentiſſimam.

CDLVI. *Sol in Zodiaco.*

HINC OMNIA LUSTRAT.

*Il voit tout ſans ſortir d'ici.*

In Principem, qui in regno ſuo præcipuo hærens omnibus aliis mandata præbet.

CDLVII. *Sol Phœnicis rogum accendens.*

SIN PAR EL QUE ARDE
SIN PAR EL QUE QUEMA.

Non habent parem & cremans & crematus.

*Celuy qui brûle & celuy qui eſt brûle ſont ſans pair l'un & l'autre.*

In connubium Regis cum Regina.

CDLVIII. *Sol, qui globum criſtalinum penetrans accendit lignum.*

TRAJECTO QUID NON?

*Aprés cela que ne fera-t-il pas?*

In expugnationem * Ultrajecti ſuperioris, cujus omnis elegantia conſiſtit in voce *Trajecto* atque in vi ſolis penetrativa.

CDLIX. S*ol radios ſuos conjiciens in ſpeculum concavum, unde reflectuntur in pharetram Sagittarum quæ concremantur.*

INCRESCUNT OBICE VIRES.

*Ce qui m'arrête ne fait qu'accroitre ma force.*

Hoc D.Charpentier fecerat in loca à Rege expugnata Hollandorum, qui pro ſymbolo habent pharetram ſagittarum.

* Maeſtrich.

*CDLX.*

CDLX. *Sol.*

VNICVS VNI.

*Unique dans le monde, & qui ſuffit à tous.*

Quod Dei proprium eſt.

CDLXI. *Sol ſuper florum area.*

VIGET QVODCVNQVE VIDET.

*Tout fleurit ſous ſes yeux, tout a de la vigueur.*

In Principem, cujus ad præſentiam omnia, ubicunque locorum ſit, præclare geruntur.

CDLXII. *Sol.*

OCCVLTO OMNIA SEMINE.

*Il remplit tout de ſes bienfaits ſecrets.*

Quo uſum eſt Collegium Romanum, cùm reciperetur ſolenniter Cardinalis Burgheſius Papæ Pauli V. nepos.

CDLXIII. *Sol in eclyptica.*

NVNQVAM ALIO.

*Jamais ailleurs.*

In quendam, qui rationis & juſtitiæ limites nunquam excedit.

CDLXIV. *Sol oriens.*

EXPECTATVS ADES.

*Vous étiez attendu.*

Quod ſymbolum comparuit, cum Rex defunctus intraret Burdigalam.

CDLXV. *Sol nebulis diſcuſſis.*

NON TENUERE MEOS CONATUS.

*Ils n'ont pû reſiſter à mes premiers efforts.*

In ea bella, quæ Rex gerebat adverſus Religioſos in Occitania & Benearnia.

CDLXVI. *Sol nebulas diſſipans.*

SENSIM NON VI.

*Peu à peu & ſans violence.*

In bellandi modum, quo Rex utitur.

CDLXVII. *Idem.*

FAISANT LA GUERRE IL RECHERCHE LA PAIX.

Bellando quærit pacem.

In Regem.

CDLXVIII. *Cùm ludus equeſtris celebraretur juſſi defuncti Regis, pro ſymbolo habebat D. Baro de Sain André Solem mundum illuminantem.*

QUALES MIS HECHOS.

Mea omnibus patent.

*Chacun peut voir ce que je fais.*

CDLXIX. *Princeps de Conti ſub nomine Ariſtæi Filii Solis gerebat Solem cum hoc lemmate.*

ET COELO & SOLO.

*Et au Ciel & ſur la Terre.*

CDLXX. *D. Eques de Guiſe Solem in Zodiaco.*

LO SIGUE MI GLORIA.

Gloria mea eum ſequitur.

*Et ma gloire le ſuit.*

i. e. Sicut Sol per omnia ſigna fertur ex uno in alterum, ita omnes ſuos Majores imitari volebat eorumque præclare geſta.

CDLXXI. *Introitu Regis Henrici* IV. *Lugduni facto arcum triumphi conſtituerant D. Comites Lugdunenſes in porta Monaſterii, ubi Solem ſtellis circumdatum pingi curaverant hac epigraphe.*

NORUNTQUE SUUM SUA SIDERA SOLEM.

*Ces Aſtres reconnoiſſent leur Soleil.*

Quo ſignificare volebant, ſe Regem recipere in ſuam Eccleſiam, ceu ſidus ſuum & præcipuum Canonicum.

CDLXXII. *Sol.*

NEC TE TVA LVMINA FALLENT.

*Vos lumieres ne vous tromperont point.*

In Prudentiam Regis.

CDLXXIII. *Sol ex aquis prodiens cum verbis ex Metamorph. Ovidii.*

LVX AQVIS EXIT.

*C'eſt des eaux que ſort la lumiere.*

In Baptiſmum, quem olim nuncupabant Sacramentum illuminationis.

*CDLXXIV.*

CDLXXIV. *Sol cum verbis Lucretii.*

FONS LUMINIS.

*Il eſt la ſource de lumieres.*

Quo Deus deſignatur, qui in ſacris Literis luminum Pater vocatur.

CDLXXV. *Sol in Zodiaco.*

NULLA EST META LABORI.

*Mon travail eſt ſans fin.*

In quendam, qui perquam multis negotiis obrutus eſt.

CDLXXVI. *Introitus Margaretæ Auſtriacæ Reginæ Hiſpaniæ, cùm Mediolani Anno 1599. fieret, pluribus ſymbolis honorabatur, quorum etiam quædam Solem gerebant.*

IN OCCASU SPLENDIDIOR.

*Au lais du Couchant eſt ſon plus grand éclat.*

Quia in Hiſpaniam tendebat, ubi in Regiminis ſociam recipiebatur.

CDLXXVII. *Sol.*

RESTINXIT STELLAS.

*Elle efface l'éclat des Aſtres les plus beaux.*

In egregiam Reginæ formam.

CDLXXVIII. *Sol & Lucifer cùm verbis tritis, quibus quam maxime priſci utebantur matrimoniis initis.*

UBI TU, EGO.

*Où vous ſerez je veux être avec vous.*

Quæ

Quæ plene habentur : *Ubi tu Cajus, ego Caja*, quibus communionem bonorum notabant, quæ inter maritatos intercedit. Hoc verò loco ad hæc duo aſtra applicatur, quæ haud ſeparari patiuntur.

CDLXXIX. Sol *radios ſuos & vim in terram mittens.*

ET IN LATENTES.

*Et mes bienfaits vont juſqu'aux plus cachez.*

Quia influxus Solis terræ interiora penetrat.

CDLXXX. S*ol radios ſuos in ſuperficiem Globi terreſtris conjiciens.*

PLUS OUTRE.

Plus ultra.

Quod ejuſdem cum præcedente argumenti eſt.

CDLXXXI. Sol *in ſigno Arietis.*

EXANTLATIS LABORIBUS.

*Aprés tant de travaux il faut recommencer.*

CDLXXXII. Sol *nebulas diſſipans.*

DENSA RELAXAT.

*De leur veuë incommode il decharge le monde.*

Cùm vectigalia & tributas remitterentur.

CDLXXXIII. *Idem nebulis disjectis.*

HINC GLORIA MAJOR.

S*a gloire en eſt plus grande.*

CD-

CDLXXXIV. *Sol cum parelis.*

DELERE POTEST.

*Il peut les effacer.*

In Principem, qui eos, quos ad tantum dignitatis gradum evexit, ut ex ejus gratia totus illorum ſplendor pendeat & fortuna, de eodem pro lubitu dejicere poteſt.

*CDLXXXV. Sol.*

SIBI IPSE CORONA.

*Il eſt luy même ſa couronne.*

Quo etiam ſignificatur Princeps, verum talis, cui nullo ex ornamentis exterioribus ſplendore & majeſtate opus eſt, ut omnium incurrat oculos venerationemque.

*CDLXXXVI.* Sol *Meridianus.*

SIC NESCIET UMBRAM.

*Dans un grand éclat, il ne ſouffre point d'ombre.*

In quendam, qui meritorum ſuorum ope tantam ſibi conciliavit æſtimationem, ut nec invidorum dentes, nec æmulorum conatus timeat.

CDLXXXVII. *Sol imaginem ſui reddens in ſuperficie tranquilli maris.*

TRANQUILLO MELIUS NITET.

*Dans la calme il a plus d'éclat.*

Multum gloriæ accreſcit Principi ex pace, ſi ſe authore ſit reddita.

CDLXXXVIII. *Solis quoque nonnulla picturam habebant inter ea, quæ in honorem* S. *Franciſci de* Sales

*Sales exhibebantur, cum in numerum ſanctorum adſcriberetur Burgiæ in Breſſa.*

*Sol oriens.*

OMNIBUS EXORITUR.

*Il ſe leve pour tous.*

Quo indicabant hujus ſancti charitatem, qua in omnes æqualiter flagrabat.

CDLXXXIX. Sol *mundum illuminans.*

MEIS FLAGRAT IGNIBUS ORBIS.

*Le monde brûle de mes feux.*

Quod in librum ejus quadrabat ſub titulo *Introductionis ad vitam devotam*, editum, quo mirum in modum pietatis ſtudium promoverat.

*CDXC.* Sol.

SEMPER ET OMNIBUS.

*Toûjours & à tous.*

Studium ejus divinæ gloriæ & continuum notat & univerſale.

*CDXCI.* Sol *oriens.*

OMNIS RESPLENDVIT ÆTAS.

*Il a également brillé.*

Æquè inclyta fuerunt & nativitas ejus & vita & mortis cataſtrophe.

CDXCII. *Nebula per* S*olem diſſipata.*

AD PRIMOS VICTA CALORES.

*Aux premiers chaleurs elle a d'abord cedé.*

Con-

Conſcientiæ nebula ad primos Pœnitentiæ calores diſſipabatur.

CDXCIII. *Sol.*

SUPERA & INFERA.

*Et ceux qui ſont en haut, & ceux qui ſont en bas.*

Hoc ſidus ſuo ſplendore explet non minus cœlum atque terram. Hinc merito juſtitiæ imago conſtituitur, prout etiam factum in quodam cubiculo Palatii magnifici Electoris Bavariæ Moguntiæ, ubi ad unum omnes virtutes depictæ inveniuntur.

CDXCIV. *Sol lucidas reddens nubes & vapores ex terra elevatos.*

VESTIT QUOQUE LUCE VAPORES.

*Juſque ſur les vapeurs il repand ſes lumieres.*

Hoc ſymbolam adhibuit Collegium Romanum ad celebrandum eleemoſynas Papæ Clementis IX. curamque ſedulam, quam adhibebat in miſerorum ſolatium.

CDXCV. *Sol lumine admodum ſplendens.*

MIHI CANDOR AB ÆSTU.

*De mon feu ma blancheur.*

Hæc duo ſymbola Romæ exhibebantur in hono-
Quo S. Roſæ de Lima cùm Divis annumeraretur.
rem celebrabant ejus candorem & innocentiam, quam ex multo fervore contraxiſſe ſibi innuere volebant.

CDXCVI. *Sol.*

ORBIS TE NOSCIT UTERQUE.

*L'un & l'autre monde vous connoit.*

Quo

Quo cohoneſtabant ejus promulgationem Evangelii, inter Indos & Americanos factam.

CDXCVIII. *Cum cœlitibus annumeraretur* S. *Ignatius duo ſymbola in ejus honorem & in* S. *Franciſcum Xaverium concinnavit Collegium de Pont, quod eſt* * *Moſomi, quorum alterum erat*

*Sol hoc lemmate.*

UT PRÆESSET DIEI.

*Pour regler le jour.*

*Alterum erat Luna.*

UT PRÆESSET NOCTI.

*Pour éclairer la nuit.*

Quia S. Ignatius pietatis ſtudium inculcabat fidelibus in Europa, S. Franciſcus Xaverius autem infidelibus denſis idololatriæ tenebris adhuc immerſis.

CDXCIX. *Sol oriens.*

CURSUM CONSUMMAVI.

*J'ay achevé ma courſe.*

D. *Sol.*

AGIT SINE MORA.

*Il agit ſans relache.*

DI. *Sol.*

FACILIS VIDERI.

*On le voit aiſement.*

DII. *Sol radios ſuos in petram conjiciens.*

VIS MAJOR IN ABSCONDITIS.



* Mauſſon.

*Il fait ſentir ſa force ou l'on ne la voit pas.*

In Principem, qui omnia occultè agit rerumque magnarum clàm ſatagit.

DIII. S*ol ex Oceano ſurgens cum verbis Poëtæ.*

MERSUS PROFUNDO PULCHRIOR EVENIT.

S*ortant du ſein des eaux il a plus de lumiere.*

In Baptiſſimum Sereniſſimi Delphini.

DIV. S*ol Oriens.*

PIU S'INALZA PIU LUCE.

Quò altior eò lucidior.

*Plus il s'avance plus il luit.*

Ex illis quatuor ſymbolis eſt unum, quo effigies Ducis de Bourbon decorata erat.

DV. S*ol poſt nubem aliquam.*

LATET & ARDET.

*Et tout caché qu'il eſt, il ne brûle pas moins.*

In Affectum abſconditum.

DVI. S*ol ignem ſuſcitans.*

URIT & EMINUS.

*De loin il brûle encore.*

In alicujus diſceſſum, quo inflammati animi motus non reſtinguebantur.

DVII. S*ol.*

AIMABLE à QUI LE VOIT.

Videntibus quibuſvis charus.

In aliquem, qui omnium animos, ad quorum cognitionem pervenit, ad ſe trahit.

DVIII.

DVIII. *Sol.*

ABUNO DIES.

*Luy ſeul nous fait le jour.*

Quod à P. Bovio ad quendam librum relatum eſt, cu-
us lectione, cùm de devotione ageret, ad reſipiſcen-
iam erat adductus S. Ignatius. Ipſum ſymbolum talem
erit titulum: *Pii lectio libri, profanis aliis quos popo-
cerat non inventis, novam affert lucem Ignatio.*

*DIX. Cera* Soli *expoſita ut candeſiat.*

A CALORE CANDOR.

*De ſa chaleur vient ma blancheur.*

Votum caſtitatis, quo ſe devinxerat Deo S. Ignatius,
hoc ſymbolo tribuitur fervori, quo ſe in ſervitium S.
Virgini tradiderat.

*DX.* Sol *oriens occidentibus ſtellis.*

INCLINATA COLVNT.

*De leurs profonds reſpects il ſemblent d'adorer.*

In Regum venerandum cultum.

*DXI. Hemiſphærium cujus ex una parte apparet* Sol, *ex altera Luna.*

SICVT TENEBRÆ EJVS ITA & LVMEN E-
JVS. Pſ. 138.

*Des Tenebres enfin il paſſe à la lumiere.*

Hoc ſymbolum Tractatui alicui præfixit in Auguſti-
num Ludovicus Brethe Claromontanus Canonicus Re-
gularis, qui inſcriptus erat: *Baſilica* S. *Genovefa deco-
ra Emblematibus Illuſtrata.*

DXII. *Idem, ut* S. *Genoveſam repræſentaret, quam Reges Galliæ peculiarem Divam habent, pingebat* So*lem in ſigno Gemellorum cum liliis & his verbis.*

HOC SIDERE LILIA FLORENT.

*Sous cet Aſtre les Lys refleuriront toûjours.*

Idem incuſum eſt hoc anno nummulo æreo in bella, quæ geruntur, mutato *ſidere* in *lumine*.

DXIII. *Sol & Luna.*

ASPIRANT FACE MVTVA.

*Ils ſe répondent de leurs feux.*

In matrimonium Filii Regis cum Sereniſſima Delphina.

*DXIV. Sol ad cujus ortum aves nocturnæ fugiunt.*

MATVRATE FVGAM.

*Hâtez vous de fuir.*

In victorem, qui in fugam conjicit ſuos hoſtes.

*DXV. Sol.*

NON HABET ILLE PAREM.

*Il n'a pas ſon ſemblable.*

*DXVI.* Sol *nivem liquefaciens.*

OCCVLTA PANDET.

*Il fera voir ce qu'on ne voyoit pas.*

In cujuſdam obitum, cujus virtus ac præclarè geſta non niſi poſt mortem apparebant.

DXVII. *Cribrum Soli oppoſitum, quod per radios ejus immiſſos tot effingit* Soles *exiguos, quot habet foramina.*

EX

EX VNO MVLTA.

*D'un ſeul pluſieurs.*

**DXVIII.** *Idem.*

IDEM IN OMNIBVS.

*Le meſme en tous.*

In corpus Filii Dei, quod omnibus ineſt hoſtiis in Sacramento Euchariſtiæ.

*DXIX. Solis radius per foramen quadratum reddens lumen rotundum, cum verbis Horatii.*

MVTAT QVADRATA ROTVNDIS.

*Il change le quarré en rond.*

Quo frontiſpicium ornavit Libri ſui *de Quadratura Circuli* P. Gregorius de Saint Vincent.

*DXX. Sol occidens.*

ORBI NOTVS VTRIQVE.

*Il eſt connu dans l'un & l'autre monde.*

*DXXI.* Sol *occidens.*

NATVRÆ SATIS, NOBIS PARVM.

*Pour la nature aſſez, mais c'eſt trop peu pour nous.*

In alicujus mortem, qui multos annos vixerat, deſideriumque ſui ingens relinquebat.

**DXXII.** *Sol latens & ſtellæ.*

MANSERE SPARSA SIDERA.

*Il laiſſe aprés luy ſes lumieres.*

In quendam, cujus virtutes eximiæ poſt mortem celebrantur.

DXXIII. *Sol nube tectus cum verbis Jeremiæ.*

APPOSVISTI NVBEM TIBI.

*Vous vous eſtes couvert de ce nuage ſombre.*

In Salvatorem Jeſum Chriſtum in Euchariſtia latentem.

DXXIV. S*ol deficiens.*

E COELO DECOR.

Divinitas Jeſu Chriſti à Deo eſt quam maximè patefacta, cum cruci affigeretur.

*DXXV. Sol curſum ſuum perficiens in Zodiaco.*

PER GLORIOSA STRADA.

Per viam auguſtam.

*Par un ſi beau chemin.*

In arma alicujus victricia.

DXXVI. *Idem.*

IL MVNDO INFORMA E REGGE.

Orbem defendit & regit.

*Il maintient l'Univers, & le regle par tout.*

DXXVII. *Sol.*

VBIQVE INTEREST & MISCETVR OMNIBVS.

*Il eſt preſent par tout, & ſe mêle de tout.*

Lemma ex Minutio Fel. deſumtum eſt, ubi de Deo loquitur ſub ſymbolo Solis.

DXXVIII. *Sol occidens.*

DECOR INTEGER.

*Sa beauté pour cela, n'en ſouffre aucun tache.*

DXXIX.

DXXIX. *Sol in curſu ſuo.*

SU GLI ALTRI HA REGNO.

Super alios regnat.

*Il regne ſur les autres.*

DXXX. *Idem.*

AL CIELO ARRIDE, E L'UNIVERSO GIRA.

Cœlo gaudium, Orbi lumen.

*Il fait du ciel la joye, en éclairant la terre.*

DXXXI. *In nativitatem Regis Hiſpaniæ pingebatur Neapoli* Sol *oriens ſuper plantis.*

NASCENDO AVVIVA.

Ex Ortu vitam.

*Sa naiſſance adjourd'huy nous redonne la vie.*

DXXXII. *Anno* 1667. *ſolemniter à Collegio Lugdunenſi recipiebantur, qui ejus fuerant præcipui fundatores. Hinc Tragœdiam agebant, cujus argumentum allegoricum erat urbis hujus poſt incendium ſub Nerone Cæſare reſtauratio. Fundatores donabantur numiſmatis in eundem finem cuſis, & ut appareret qua occaſione eſſent publicata, hacce inſcriptione erant ornata.* Ludis ſolemnibus actis à Rhetoribus Lugdunenſibus in Theatro Collegii Sanctiſſimæ Trinitatis Societatis JESU, Die quinta Julii MDCLXVII. *Eadem in feſtivitate conſpicua erant duo illa eximia ſymbola, quæ jam ante Syllogæ noſtræ ſunt inſerta, quo-*

*rum alterum habebat hoc lemma:* UTRIUSQUE ARBITER ORBIS, *alterum:* PRÆEUNT VENIENTQUE MINORES. *Concinnatum eſt etiam tùm aliquod ſymbolum in D. Mareſchallum de Villeroy, urbis atque Provinciæ totius Gubernatorem, cujus corpus erat lucifer, qui præibat* Solem *hac epigraphe.*

MONSTRAT ITER.

*De quels feux brille t'il, ſous un guide ſi ſeur?*

In quo ipſe Rex introducitur loquens, quippe juventutem ejus olim formare dignus habitus erat D. Mareſchallus de Villeroy.

DXXXIII. *Sol eandem ſtellam ſequens*

QUA PRÆIT ILLE, SEQUOR.

*Je vais ou ſon exemple, & ſes pas me conduiſent.*

Quo cohoneſtabatur Dux de Villeroy, qui illuſtriſſimi ſui Parentis veſtigia gloriosè premebat. Gratiam ſingularem habebat epigramma latinum, quo hoc Symbolum explicabatur, ob duas vel tres intextas alluſiones ad Ducis, Patris & Gubernatoris nomina.

DXXXIV. *Cùm juſta fierent Romæ Margaretæ Auſtriacæ Reginæ Hiſpaniæ, in ejus gloriam pingebat Gens Hiſpanica Solem occidentem cum his verbis:*

ALUMBRA EN OTRO CIELO.

Splendebit alibi.

Il

*Il va briller ailleurs.*

Cui hi ingenioſiſſimi verſus lingua Hiſpanica erant adjecti, qui Saavedram Faxardum Authorem habent.

*Alçava Tajo la dorada frente*
*A los llantos que el monte repetia,*
*Y viendo que ſu* Sol *ſe lo ponia*
*Quando Phebo aſſomava por Oriente.*
*Dixo, almo* Sol *aunque te llora auſente,*
*Es bien que al India des alegre dia,*
*Porque ſi corres tras la noche fria,*
*Gozaremos de* Sol *eternamente,*
*Pero llegò la noche tenebroſa*
*Y confuſa de ver que tarda tanto*
*Sin dar ſenales de monſtrarſe al ſuelo,*
*Dixo a las ninfas de la Vega umbroſa,*
*Dexad la dança y antonad el llanto*
*Que vueſtro* Sol *alumbra en otro Cielo.*

## DXXXV. *Sol.*

### CONCURRIT AD OMNIA.

*Il a part tous les jours, à tout ce qui ſe fait.*

In concurſum Dei cum omnibus creaturis.

DXXXVI. *Anno* 1642. *cum dies celebraretur, quo S. Johannes Baptiſta capite truncatus eſt, multa in ejus honorem exhibebantur ſymbola Genuæ in collegio Jeſuitarum tyronum, in quibus unum e-*

*rat, quod pro corpore habebat* Solem *cum Lunæ creſcentis cornu.*

DETEGIT & TEGIT IDEM.

*Le meſme l'obſcurcit, & le meſme l'éclaire.*

Gloriam hujus Sancti non parum obſcurabat Filius Dei, ſtatim ac ſe ipſe inciperet manifeſtare per ſua miracula & prædicationem, eodem tempore tamen non intermittebat ejus memoriam celebrare, quippe tanto illum elogio evehit ut omnium hominum pronuntiet maximum.

DXXXVII. *Vapores aſſurgentes & nubes ſuperque eos* Sol.

MIHI FRUSTRA.

*En vain pretendent-ils rien oſter à ma gloire.*

Quo quis notatur, qui invidiæ & calumniis non eſt ſubjectus.

DXXXVIII. *Feſtivitates, quæ Panormi fiebant Anno* 1622. *cùm in* Sanctorum *numerum referretur* S. *Ignatius, decoratæ erant inter cætera ſymbola quodam, quod picturæ loco habebat Solem in ſigno Leonis, quo tempore inundatur Nilus fertileſque redduntur agri Ægyptiaci.*

PER TE INUNDANS FOECUNDO.

*C'eſt par vous que j'inonde*
*Pour rendre tous les ans cette terre feconde.*

Quo celebrabatur hujus Sancti zelus, quem ex charitatis ſtudio contraxerat.

DXXXIX.

DXXXIX. *Sol in Zodiaco.*

DECUS ADJICIT HOSPES.

*Il fait honneur aux maiſons qu'il habite.*

Hoc ſymbolum à D. Quinautio excogitatum eſt in rem ædificatoriam Regis, quæ nummulis æreis celebris reddebatur Anno 1682.

DXL. *Primum mobile.*

RAPIT OMNIA SECUM.

*Il emporte tout avec luy.*

DXLI. *Sol ex nebulis emergens.*

EO JAM CLARIOR EXIT.

*Il en ſort plus brillant.*

Quo ea præfigurabantur, quæ Regimini Regis Henrici IV. adjiciebantur inita confœderatione. Hæc duo ſymbola comparebant, cùm Avennicorum civitatem intraret Regina Maria de Medicis.

DXLII. Sol, *ad cujus ortum ſtellæ obſcurantur.*

ΕΙΣ ΚΟΙΡΑΝΟΣ.

Unus Monarcha.

*Un ſeul* Souverain.

DXLIII. Sol.

ΕΝ ΠΑΣΙ ΚΑΙ ΔΙΑ ΠΑΝΤΩΝ.

In omnibus & per omnia.

*En tout & par tout.*

Quod

Quod olim Ægyptii de Sole dicebant; verùm inſigniter quadrat in Providentiam Divinam.

DXLIV. *Quidam Eques Italus, cui nomen erat Saroti, militiæ nomen daturus, quo facto à quadam, quam vehementer deperibat, ſeparabatur, turmali vexillo ſuo inſcribi jubebat* Solem orientem, *cum his verbis, quibus ad nomen ejus alluditur.*

AL RITORNO IL MEDESMO SARO TI.

Idem tibi poſt reditum.

*Je vous ſeray toûjours le meſme à mon retour.*

In amicitiæ conſtantiſſimæ ſignum.

LUNA

# AURORA & LUMEN.



HOc inter ſe commune habent aurora & lumen, quod utrumque poſſit dici Solis mater æquè ac filia. Lumen ejus mater eſt, quia ante eum fuit productum; Aurora autem, quia præcedit illum orientem. Filia ejus etiam utrumque eſt, quia ambo ab eo progignuntur. Cæterum tam eximia pulchritudine eorum corpora ſunt donata, ut digna habita fuerint quæ non una vice in Symbolis conſtituendis adhiberentur.

I. *Cùm*

I. *Cùm Collegium Tournonienſe oſtendere vellet, omnem ſuam ſalutem pendere ex nativitate Sereniſſ. Delphini, Reginam repræſentabant ſub Auroræ imagine adjectoque lemmate*

OPTATUM FERT ISTA DIEM.

*Nous luy devons un ſi beau jour.*

Quod ſymbolum haud incongruum eſt Nativitati S. Virginis celebrandæ, quam tota Eccleſia cum Aurora conſurgente comparat. *Quæ eſt iſta quæ progreditur quaſi Aurora conſurgens?*

II. *Academici Aquaquivenſes in Regno Neopolitano, qui aſſumpſerant nomen* Rauvivatorum, *& in tutelam* S. *Annæ, quæ eſt genetrix* S. *Virginis, ſe dederant, in hujus Sanctæ gloriam pingebant Auroram cum hoc verſiculo, quo alluſio fit ad nomen eorum* Rauvivati.

UN PARTO PORTA ONDE.
S. AVVIVA IL MONDE.

Mundus debet Salutem ejus bello partui.

*Le Monde doit la vie au beau fruit qu'elle porte.*

III. *Aurora.*

VIX CONSPECTA.

*A peine la voit-on.*

In cujuſdam infantis vitam brevem.

IV. *Aurora.*

NON SINE SOLE.

*Jamais ſans le* Soleil.

S. Virgo nunquam depingitur niſi ulnis comple-

a Filium ſuum; hinc nunquam ſine Sole eſt hæc Aurora.

V. *Aurora ſurgens.*

SPES PROXIMA PHOEBI.

*Le Soleil n'eſt pas loin.*

In S. Virginem, cujus nativitate præſagium fiebat venturi Filii ſui.

VI. *Exequiæ Margaretæ Auſtriacæ Reginæ Hiſpaniæ, quæ in puerperio decedebat, ſymbolo honorabantur, cujus pictura erat Aurora cum his verbis:*

DUM PARIO PEREO.

*Je meurs en enfantant.*

VII. *Dux Albanus cum aliquando certamine equeſtri celebrato, curriculum intraret poſt Salazaros, qui pro inſignibus habent ſtellas, ſuaſque res hoc ſigno notaverant, Auroram in ſymbolum aſcivit cum hoc lemmate Hiſpanico.*

AL MI PARECER S'ESCONDAN LAS ESTRELLAS.

Ad meum aſpectum diſparent ſtellæ.

*Quand je parois les étoiles ſe cachent.*

Quo ad ejus nomen alluditur, quia Hiſpanis diei diluculum vocatur *Alva*.

VIII. *Diluculum.*

SENSIM LUCIDIOR.

*C'eſt peu à peu qu'elle eſt plus lumineuſe.*

Virtutis ſpendor pedetentim incrementa majora capit.

IX. *Aurora cum Epigraphe Italica.*

SGOMBRA DA NOI LE TENEBRE E L'ORRORE.

Abigit hinc terrorem & tenebras.

*Elle éloigne de nous l'horreur & les tenebres.*

Quod in eruditionem quadrat, cujus auxilio noſtri diſſipantur errores & metus inanis.

*X. Aurora.*

ABSQUE RUBORE NUNQUAM.

*Jamais ſans rougir.*

In Pudorem.

XI. *Cùm à Lutheranis ad Pontificios deflecteret Chriſtina Regina Sueciæ, pro ſymbolo ipſi concinnarunt Auroram aſſurgentem cum his duabus vocibus.*

DE TENEBRIS.

*Elle ſort des Tenebres.*

XII. *Aurora naſcens.*

PRÆVIA SOLIS.

*Elle prepare les voyes au Soleil.*

In Nativitatem S. Johannis Baptiſtæ, qui præcurſor erat Filii Dei.

XIII. *Eadem.*

ELIMINAT & ILLUMINAT.

*Elle chaſſe la nuit & nous donne le jour.*

Quod factum eſt in quendam Sanctum, qui Dæmones ejiciebat & cœcis reddebat viſum.

XIV. *Lucarinus effícturus* S. *Virginem, pingebat Auroram hac inſcriptione.*

E MECO PORTO IL SOLE.

Mecum fero Solem.

*Je porte le Soleil avec moy.*

XV. *Eidem Picturæ alius adjiciebat.*

PARIO QUI ME PARIT.

*Je mets au monde celuy qui m'y a mis.*

In S. Virginem, quatenus Salvatoris Mater facta eſt.

XVI. *Aurora cum verbis Senecæ.*

GENETRIX PRIMÆ LUCIS.

*Mere de la premiere de tous les lumieres.*

In S. Virginem.

XVII. *Aurora emicans & nocturnas aves fugitans.*

AFFULGET & FUGAT.

*Pour le cacher elle n'a qu'à paroître.*

Quod S. Ignatio applicatum eſt à P. Bovio, qui dæmones ejiciebat ex energumenis.

XVIII. *Aurora, quæ ſplendeſcere incipit ſuper mari, quam etiam extemplo ſequitur oculus Mundi.*

DEL VENTURO SPLENDOR RECA LA SPEME.

Spem facit majoris ſplendoris.

*Elle fait eſperer un éclat plus brillant.*

Quod apparebat Parmæ ad collegium Nobilium, cum lavacro Sacro tingeretur Princeps Parmenſis.

XIX. *Diluculum, quo totum Cœlum clareſcit, dieſque ſerenus prænuntiatur.*

GRATIOR IT DIES.

*Le jour en eſt plus beau.*

Quod in S. Roſaliam compoſitum eſt Panormi, ubi aëris malignitas remiſſior eſt reddita ſtatim ac ejus cineres ſunt reperti. Lemma ex Horatio deſumtum eſt, qui Auguſto ſic loquitur

*Inſtar veris enim vultus ubi tuus*
*Affulſit populo, gratior it dies*
*Et Soles melius nitent.*

XX. *Aurora ſtellas obſcurans, noctemque horridam mutans.*

NOCTURNA LUMINA CEDUNT.

XXI *Aves cantillantes ad Auroræ ortum.*

VICTORI PLAUDUNT NUMINI.

Quæ duo ſymbola eadem occaſione comparebant qua præcedens.

XXII. *Radius Solis qui in ſpeculum incidendo repercutitur.*

INCIDIT IN PURUM.

*Il eſt tombé ſur un ſujet bien pur.*

Haud fieri poteſt, ut radii luminis ritè repercutiantur à ſpeculo, niſi illud ſit bene politum, macularumque expers. Quod ad ingenuos homines applicari poteſt, qui beneficia in ſe collata norunt æſtimare, ſummoque ſibi tribuunt honori quod in vulgus exeant.

XXIII.

XXIII. *Lumen in lucerna tectum, quod venti ſufflando impugnant.*

TUTUM QUIA TECTUM.

*Elle eſt ſeure, parce qu'elle eſt couverte.*

Tegendum eſt, quod propalari nolumus.

XXIV. *Lumen.*

MOMENTO DIFFUNDITUR.

*En un moment elle s'étend par tout.*

In benignitatem Divinam, quæ in omnes creaturas largè ac prompte ſe diffundit.

XXV. *Lumen.*

ÆGRO INVISA LUMINI.

*Un mauvais œil ne la ſçauroit ſouffrir.*

Quo invidia notatur, qua quis correptus aliorum virtutes & merita videre nequit.

XXVI. *Radius Luminis.*

RECTA DIFFUNDITUR.

*Il va toûjours tout droit.*

In rectam mentem, quæ ad juſtitiæ & integritatis normam nihil non metitur.

XXVII. *Venti luminis radium ſufflando oppugnantes.*

IMMOBILIS MANET.

*Immobile pourtant.*

Quod ſymbolum Areſius fecit in S. Luciam, de qua ait: *Tanto pondere fixit eam Spiritus Sanctus, ut virgo Chriſti immobilis permaneret.*

XXVIII. *Radius terram contingens.*

HÆRET ORIGINI.

*Il ſe tient à ſa ſource.*

Lemma eſt ex Seneca, ut & inventio & applicatio. *Quemadmodum radii Solis contingunt quidem terram, ſed ibi ſunt unde mittuntur; ſic animus magnus & ſacer in hoc demiſſus, & propius quidem divina noſcens converſatur quidem nobiſcum, ſed hæret origini ſuæ.*

*XXIX. Radius Solis per vitrum Chriſtallinum tranſlucidans.*

CELER ATQUE INNOXIUS INTRAT.

*Il entre ouvertement & ſans faire de mal.*

Quod in Regem compoſitum eſt à P. Luca ex Societate Jeſu, cùm de improviſo caperet Valentiam eamque diripere vetaret. Quo factum ut quidam ingenio pollens hoc ſymbolum & quædam alia collegerit, verſibuſque latinis ornata, additis ſeptem vel octo ex ſuis, Poëmatum ſuorum Syllogæ inſeruerit.

*XXX. Idem Corpus.*

NON VI SED VIRTUTE.

*Ce n'eſt pas par violence mais par vertu.*

XXXI. TRANSIT, NON FRANGIT.

*Il paſſe ſans le rompre.*

XXXII. NON NOCUIT PENETRANDO.

*Il paſſe ſans luy nuire.*

Primum Autore gaudet Abbate D. Joſepho Pallavicino

no, Canonico Regulari, quo characterem Prælatorum depingit, quomodo in animos ſubjectorum ſuorum penetrandum ſit.

Secundum eſt Pat. Engelgravii in Reſurrectionem Filii Dei, qui ex ſepulchro prodibat lapide tegumenti loco adhibito illæſo.

Tertium excogitatum eſt in Nativitatem Salvatoris noſtri & in Virginitatem S. Matris, quam etiam poſt partum incontaminatam retinuit.

XXXIII. *Radius luminis per ſpeculum repercuſſus.*

EO UNDE.

*Il vera d'où il vient.*

In gratum animum, qui ad beneficiorum collatorum fontem honeſtè revertitur.

*XXXIV. Radius luminis.*

NEC SORDESCIT, NEC INHÆRESCIT.

*Rien ne le ſoüille, & rien ne le retient.*

In quendam nullius criminis reum.

*XXXV. Papa Paulus* V. *cùm innuere vellet, authoritatem quam in Eccleſiam exerceret, à Deo ſibi obveniſſe, pro ſymbolo eligebat Radium Solis per ſpeculum reflexum, cum verbis Filii Dei ex Cap.*XIV.*Johannis.*

EJUS QUI MISIT.

*Ce n'eſt pas mon éclat, il me vient du Soleil.*

Verba Filii Dei de ſe ipſo loquentis ita apud S. Johannem habent: *Sermonem quem audiſtis non eſt meus, ſed ejus qui miſit me Patris.*

XXXVI. *Lumen inter ventos & nubes.*

HIS QUOQUE SUBJECTA.

*Quoy faut-il que je ſois ſujette à ces traverſes?*

Hoc ſymbolo utebatur Johannes III. Dux Cliviæ & Juliaci, qui cùm optimè ſibi conſcius eſſet, mirabatur quod tàm malè à mundo exciperetur.

XXXVII. *Radius à Sole emiſſus & in ſpeculo repercuſſus.*

LUMEN DE LUMINE.

In Filium Dei.

XXXVIII. *Lumen rotundum coronæ inſtar circa ſtellam primæ magnitudinis.*

DEBITA MAGNIS.

*Elle n'eſt que pour les grands Aſtres.*

Non datur corona niſi ei, quem gloria rerum commendat, clarumque decus; nec Eccleſia quenquam luminis diademate donat niſi Sanctos.

NO

# NOX & STELLAE.



I. *Nox.*

CUNCTA SILENT, STUPENTQUE.

*Tout eſt dans le ſilence, & dans l'étonnement.*

In dolorem ex alicujus morte & inopinata & mirabili ortum.

II. *Nox.*

COLORES OMNES CONTEGIT.

*Il n'eſt point de couleur qu'enfin elle n'efface.*

In mortis ſævitiem quâ omnia ſternit.

III. *Nox.*

VERTETUR IN DIEM.

*Enfin le jour viendra.*

In quendam, qui non deſperat meliora lapſis.

IV. *Nox.*

QVIESCVNT OMNIA CIRCVM.

*Tout repoſe à preſent.*

In Pacem.

V. *Nox obſcura.*

ITA LVX AMISSA LVGETVR.

*Ainſi tout eſt en dueil quand on perd la lumiere.*

In obitum cujuſdam Viri magni.

*VI. Nox cum verbis Jobi.*

RVRSVM POST TENEBRAS SPERO LVCEM.

*Je reverteray le jour aprés tant de tenebres.*

Quod afflictum notat, qui dolorum ſuorum expectat ſolatium.

*VII. Terra, cui nocte durante incipit erumpere crepuſculi exigua ſcintillatio.*

QVAMDIV AFFLICTAM TENES?

*Pourquoy me laiſſez vous ſi long temps affligée?*

In alicujus abſentiam.

*VIII. Rheda ad civitatis portam, quæ noctu clauſa tenetur.*

NOCUIT DIFFERRE PARATIS.

*Il falloit avoir fait un peu de diligence.*

Quod in eos compoſuit P. Engelgrave, qui Pœnitentiam in mortis agonem proferentes inopinata ſæpe morte abripiuntur, antequam eam rite agere poſſint.

IX *Stellæ in Cœlo.*

TERRENÆ NIL FÆCIS HABENTES.

*Ovid. l. 1. Metamorph.*

*Rien d'impur ne vient juſqu'à nous.*

In Sanctas mentes, quibus nil commercii eſt cum rebus mundanis.

X. *Stellæ Firmamenti.*

MOVENTVR NON MVTANTVR.

*Leur mouvement ne change point leur diſpoſition.*

Quo Collegium Romanum ſummam innuebat modeſtiam Papæ Clementis IX. & eorum, qui propinqua cognatione ei erant conjuncti. Criſtam enim non erigebant, Patruo & Fratre ad Pontificiam dignitatem elevato, nec animo ſolicito quærebant ad majora evehi.

XI. *Hector Viſcontius, cujus nomen Academicum erat* Obfuſcati, *ſtellam gerebat nebuloſam in medio aliarum, à quibus tamen dignoſci poterat.*

HIC FUSCA NITEBIT.

*Elle pourra peut-être icy ſe faire voir.*

Quo emolumentum indicabat, quod in ſe ex hac Societate redundabat, quæ tot Viris illuſtribus inclyta erat.

XII. *Stellæ occidentes.*

LUCEBUNT ALIBI.

*Elles luiront ailleurs.*

Quod à Lucarinio concinnatum eſt in perſon arum illuſtrium obitum. Magis convenit in Virorum eruditorum diſceſſum, qui procul à Patria habitatum eunt.

XIII. *Stellæ in Meridie.*

NON CERNUNTUR ET ADSUNT.

*Elles ne ſe voyent pas, & ſont pourtant preſentes.*

In Viros modeſtos, qui virtutes ſuas & præclara opera haud proſtituunt, ſed tegunt.

XIV. *Stellæ Firmamenti.*

MANENTES IN ORDINE.

*Toûjours dans le même ordre.*

Quod erat ſymbolum Dominorum de Nereſtang, qui Principes erant Ordinis S. Lazari & Montis Carmeli & pro inſignibus habebant ſtellas. Applicari poteſt ad viros juſtos, quique à prudenti ſuo conſilio ne latum unguem abſcedunt.

XV. *Reverend. Hardoüin de Pereſixe Archiepiſcopus Pariſienſis pro ſymbolo elegerat novem* Stellas*; quibus hæc erat adjecta epigraphe.*

USQUE ARDENT FIXA NEC ERRANT.

*Elles n'errent jamais, & brillent toûjours fixes.*

Stellæ fixæ ſemper ardent, nec unquam defectum pati poſſunt, quia maximè ſunt elevatæ. Curſus eorum non eſt irregularis ſicut Planetarum. Cui rei cùm accedat, quod nunquam aberrent propter motum ſuum, quem tantum

tantum à primo Mobili habent cui adhærent; genium magnarum animarum egregiè exhibent, quæ cùm nemini præterquam Deo adhæreant, in ſancto ſuo conſilio aberrare non poſſunt.

XVI. *Stellæ Firmamenti.*

VERTIGINE PROSUNT.

*Elles ſont plus de bien, en changeant de climat.*

In Viros Apoſtolicos.

XVII. *Eadem.*

ÆTERNO FOEDERE JUNCTÆ.

*D'un lien éternel icy nous ſommes joints.*

In fœlicitatem, qua fruuntur Sancti in Cœlis.

XVIII. *Eadem.*

QUÆ MAJORA MINORA.

*Ceux qui ſont les plus grands, paroiſſent plus petit.*

In animum demiſſum.

XIX. *Stellæ.*

REGUNT SED REGUNTUR.

*Ils nous reglent & ſont reglez.*

In Monarchas & Magiſtratus.

XX. *Firmamentum ſtellatum.*

MERSO HÆC SOLATIA SOLE.

*C'eſt pour nous conſoler du depart du Soleil.*

Fulcra ſunt Familiæ ſuperſtites infantes morte defuncti Parentis.

XXI. *Stellæ Firmamenti.*

ORDINE SEMPER IMMOTO.

*Toûjours dans un meſme ordre.*

In conſtantem ordinem ac diſciplinam alicujus Sanctæ Societatis, quæ nihil hucuſque à priori inſtituto eſt immutata.

XXII. S*tellæ.*

VIGILANT DUM MAGNA QUIESCUNT.

*Ils veillent, quand les grands repoſent.*

*Deux grands Aſtres faiſant leur tour*
*Diſtinguent la Nuit & le Jour*
*Et rendent la terre feconde,*
*Mais lors qu'un paiſible repos*
*Les delaſſe de leurs traveaux*
*Ceux-cy veillent au bien du monde.*

VERSIO:

Noctes atque dies inter diſcrimina ponunt
Uberibuſque ſinus telluris fructibuſque implent
Sydera vaſta duo Sol, Luna, ſed optima quando
His mollit requies alterna ſorte labores,
Illa micant oculis & præſtant commoda Mundo.

Qui Rerum publicarum ſoli potiuntur, magnam curarum partem in Magiſtratus derivant. Cæterum hoc ſymbolum in honorem Eminentiſſimi Cardinalis Mazarini effictum eſt, qui Regi à præcipuis conſiliis erat, & ſtellas in inſignibus ſuis gerebat.

XXIII. *Cùm Opera ſua juberet imprimi ſuppreſſo ſuo nomine Alcibiades Lucarinus, ſymbolum illis præfi-*

*gebat, cujus corpus erant Stellæ Firmamenti cum his verbis.*

NOCTE NOTESCUNT.

*C'eſt dans l'obſcurité qu'elles ſe font connoître.*

XXIV. *Stellæ Firmamenti ſuper maris tranquilli ſuperſicie ardentes.*

TRANQUILLO RENIDENT.

*C'eſt dans le calme qu'elles brillent.*

XXV. *Cœlum ſtellis conſitum.*

CLARIUS IN TENEBRIS.

*Plus clairement dans les tenebres.*

Stellæ non magis ſplendent quàm tenebris noctis profundiſſimis obortis. Quod haud temerè applicaveris ad mentes generoſas, quæ in adverſa fortuna magis magiſque eluceſcunt.

XXVI. *Stellæ diverſæ magnitudinis.*

UNA MAS, OTRA MENOS.

Aliæ plus, Aliæ minus.

*Les uns plus, les autres moins.*

Sicut Stellæ Cœli non omnes ſunt eadem magnitudine, quamvis omnes lumine gaudent; ita & fortunæ dona non eadem menſura & gradu terræ tribuuntur incolis, quamvis eandem terram habitant ejuſdemque generis ſunt univerſi.

XXVII. *Stellæ.*

ADVIGILANT FATIS.

*Ils veillent pour le bien & le ſort des humains.*

In

In Prælatorum vigilantiam.

XXVIII. *Aſtra Firmamenti.*

NVMINE & LVMINE.

*Leur Lumiere & leur intelligence les rendent venerables.*

Duobus Characteribus inprimis redduntur inclyti ac venerandi Eccleſiaſtæ, ſi pietate & doctrina præſtant.

*XXIX. Stellæ, contra quas venti nituntur.*

NVNQVAM DEFICIENT.

*Elles ne manquent jamais.*

Vani ſunt omnes perſequentium & calumniantium conatus, ſi quem virtus ac merita præ cæteris commendet, efferatque.

*XXX.* Stellæ.

TRAMITE EODEM.

*Elles tiennent toûjours une même route.*

In Religioſos, qui eodem utuntur inſtituto.

*XXXI.* Stellæ.

SIGNANT VENTURA, VIDENTQUE.

*Elles voyent l'avenir & le preſagent.*

In S. Prophetas.

*XXXII.* Stellæ.

IGNEUS EST ILLIS VIGOR.

*Ils ne ſont que feu.*

In Prælatorum zelum.

*XXXIII.*

*XXXIII. Stellæ Firmamenti.*

NON MILLE QUOD ABSENS.

*Et mille ne ſont pas ce qu'un ſeul pourroit faire.*

De Sole hic ſermo eſt, qui ſolus diem facere poteſt. In Virum præclarum quadrat, qui ſolus aliquando plus valet, quam alii ſequioris conditionis multi.

*XXXIV. Stellæ.*

NON LUCENT OTIOSA.

*Ils ne brillent pas ſans agir.*

In eos, qui laboribus indeſinenter incumbunt, æſtimationem ac vanam gloriam haud quicquam reputantes, quàm à mundo reportant plerumque, qui minus merentur.

*XXXV. Stellæ diverſæ magnitudinis.*

NON EST à SOLE VARIETAS.

*Le Soleil ne fait pas cette diverſité.*

Diverſitatem talentorum verius conciliat in hominibus diſpoſitio eorum diverſa, quàm fortunæ volubilitas.

XXXVI. *Stellæ Solem præcedentes.*

PRÆCEDUNT UT CEDANT.

*Ils ne precedent que pour luy ceder.*

In Majores S. Virginis.

XXXVII. *Stellæ.*

POST SOLIS OCCASUM.

*Aprés le coucher du Soleil.*

Fit interdum, ut poſt obitum demum pateſiat præclara

clara alicujus indoles, haud ſecus ac ſtellæ poſt Solis occaſum.

*XXXVIII. Stellæ cum verbis Hiſpanicis.*

NE MANCHA NE MUDANZA.

Macularum & mutationis expertes.

*Et ſans tâche & ſans changement.*

In eos, qui virtutis ſunt aſſidui cultores operatoreſque.

*XXXIX. Stellæ cum triplici lemmate eundem in finem.*

SOLE ABSENTE MICANT.
SOLE PROCUL RUTILANT.
DEFICIENTE NITENT PHOEBO.

*Loin du* Soleil *ils brillent.*

In illos Viros, qui mediocriter ingenio valentes magni fiunt in iſtis locis, ubi clarorum virorum eſt mira paucitas.

*XL. Aſtra per Cœlum ſparſa cum verbis Horatii.*

IMA SUMMIS.

*Les plus hauts ſont d'accord avecque les plus bas.*

Quo depingitur optimi Regiminis facies, ubi omnia ordine geruntur, minoreſque à majoribus haud opprimuntur.

XLI. *Stellæ.*

VERGIMUS AD OCCASUM.

*Nous allons au couchant.*

In hujus vitæ inſtabilitatem.

XLII.

XLII. *Stellæ.*

LUX EADEM, NON VIS.

*C'eſt la même Lumiere & non pas la même vertu.*

Eodem quidem gaudent charactere omnes Divini Verbi Præcones, at non eadem vitæ integritate.

XLIII. *Globus cœleſtis volvitur cum ſtellis diſparentibus.*

NULLUM IMMUNE.

*Nul n'eſt exempt de cette loy.*

Fati ſors aſpera, immiti mors corpora falce metens.

XLIV. *Idem.*

INSIGNES & IMOS.

*Grands & petits, toûjours ſujets au même ſort.*

Quo notatur mortis neceſſitas, à qua nemo, cujuſcumque etiam ordinis ſit & conditionis, immunis eſſe poteſt juxta Poëtæ effatum:

ÆQUA LEGE NECESSITAS.
SORTITUR INSIGNES & IMOS.

XLV. *Nox cum omnibus cujuſcunque magnitudinis Stellis vario modo diſpoſitis.*

CIRCUMAMICTA VARIETATE.

*Cette varieté la pare.*

In varios Eccleſiæ ſtatus ordineſque diverſos, quibus conſtat.

XLVI. *Firmamentum.*

NEL PIU ALTO MI SPIEGO.

Altiſſima rimor

*Tout au plus haut je déploy mes lumieres.*

In Magnificentiam, vel in quendam, qui S. Trinitatis myſterium tractat in quodam libro.

XLVII. *Stellæ.*

AB UNO OMNES.

*Et toutes du Soleil reçoivent leurs lumieres.*

Jeſus Chriſtus eſt origo & fons omnis luminis, quo Sancti gaudent.

XLVIII. *Firmamentum ſtellatum infraque illud quadam nubes.*

SUPRA SEMPER SERENUM.

*Au deſſus il eſt toûjours ſerein.*

In Paradiſum, ubi curis & doloribus non eſt locus.

XLIX. *Areſius conceptionem immaculatam* S. *Virginis exhibiturus, pingebat Lunam deficientem in umbra terræ atque ſub ea Firmamenti ſtellam ſplendentem, hoc lemmate,*

TENEBRÆ EAM NON APPREHENDUNT.

*Les Tenebres ne vont pas juſqu'à elles.*

L. LI. *Firmamentum ſtellatum.*

NUMINE REGUNTUR.
LUMINE REGUNT.

*Elles ſont reglés par une intelligence.*
*Et nous regiſſent par leur lumiere.*

Quod

Quod duplex ſymbolum compoſitum eſt in Præla-
s Regni & in quandam congregationem Cle-
. Notatur in primis origo, cui characterem ſuum
ebebat, & unio, quam cum Deo illis intercedere
portebat.

LII. *Stella primæ magnitudinis.*

SPLENDOR COMES HÆRET EUNTI.

*L'éclat l'accompagne par tout.*

In quendam, qui non niſi præclaris geſtis inſignis eſt.

LIII. *Stellæ.*

FELIX, CUI LENITER AFFLAT.

*On eſt heureux quand de ſes doux régards elle daigne ſur nous arrêter ſes lumieres.*

Quæ duo ſymbola in honorem Sereniſſ. Delphini
concinnata ſunt.

LIV. *Coelum ſtellatum.*

NULLA HIC SUNT FULMINA.

*Et parmi tant de feux n'éclate point de foudre.*

In Clementiam alicujus Principis.

LV. *Stellæ.*

LUX PHOEBO MORIENTE VENIT.

*C'eſt du Soleil éteint que leur vient leur lumiere.*

In Cardinales, qui Papa decedente multo illuſtriores
apparent aut ſpe in ejus locum ſuccedendi, aut conatu a-
lium ſurrogandi.

LVI. *Stellæ & Sol occidens.*

IN PROLE SUPERSTAT.

*Ceux qui naiſſent de luy conſervent ſon éclat.*

In Patrem, qui, cùm liberis relinquat ſua bona, honores & æſtimationem, ſemper ſuperſtes in illis manet.

LVII. *Multæ ſtellæ ſignum coeleſte conſtituentes.*

HONOREM ACCIPIUNT, REDDUNTQUE.

*Elles ſe font honneur en ſe liant ainſi.*

In quandam plurimarum Perſonarum Societatem, vel in Academiam eruditis & illuſtribus viris claram.

LVIII. *Coelum* Stellis *conſitum.*

DISSOCIATA LOCIS CONCORDI PACE LIGAVIT.

*Quoi-qu'en lieux differens ils ſont toûjours unis.*

In mutuum charitatis vinculum & unionem, quæ intercedit inter quam plures diverſarum Regionum Regulares.

LIX. *Coelum nocte ſerena ſerenum, in quo omnes ſtellæ apparent ſine ullo Cometa.*

NEC NOXIA SIDERA TURBANT.

*Aucun Aſtre malin n'en trouble la beauté.*

In Conſortium quorundam hominum inſignium, ubi nihil eſt quod harmoniam illorum turbet.

LX. *Coelum nubibus quibuſdam tectum, & ſuper illis Stellæ in Firmamento.*

ULTERIORA MICANT.

*Au delà ce ne ſont que lumieres.*

O-

Omnium rerum fœlicitas, luminaque æterna ſequentur hanc vitam, quæ ærumnis eſt plena ac triſtibus anxia curis.

LXI. *Stella.*

SPLENDESCIT IN UMBRIS.

*Elle brille au milieu des ombres de la nuit.*

In mœrorem Reginæ, cum vita excederet Parens ejus Rex Philippus II.

LXII. *Stella primæ Magnitudinis.*

MAS LUZ AUNQUE RESPLENDOR.

Plus lucis quàm ſplendoris.

*Plus de lumiere que d'éclat.*

In quendam, cujus merita ſunt majora quàm æſtimatio.

LXIII. *Stella.*

LUMINE SIGNAT ITER.

*Elle remplit ſa route de lumiere.*

In aliquem, qui ſibi magnam exiſtimationem acquirit ex peregrinationibus.

LXIV. *Stella Polaris.*

ET REGIT ET MUNDO VIGILAT.

*Elle regit & veille au bien du monde.*

In Regem.

LXV. *Eadem.*

ME DUCE.

*Sous ma conduite.*

i. e. Omnia me duce ſunt ſalva. Ejuſdem Argumenti eſt etiam ſymbolum ſequens, cui ratio expreſſe additur.

LXVI. *Stella Polaris.*

CERTA REGIT, QUIA FIXA POLO.

*Sa conduite eſt certaine parce qu'elle eſt fixement attaché au Pole.*

Eccleſia errare non poteſt, quia legibus Dei fixe adhæret.

LXVII. *Eadem.*

RECTORES REGIT.

*Elle conduit les Pilotes.*

In Papam, qui Paſtor eſt omnium aliorum Paſtorum & Eccleſiam univerſam haud aliter regit, ac illi ſuas particulares.

LXVIII. *Stella Polaris cum hac epigraphe Hiſpanica.*

BUENA GUIA.

Bonus Dux.

*Bon guide.*

Quod erat Marchionis de Mondejar ex ſtirpe Mendozarum, qui in ſcuto gentilitio gerebat hanc ſtellam, cui hoc lemma adſcriptum erat, ejuſque, ni fallor, devotionem in S. Virginem notabat, quippe & duo alii inſignium ſuorum tractus his prioribus Angelicæ ſalutationis verbis decorati erant *Ave Maria.*

LXIX. *Stella Polaris.*

FALLERE NESCIA.

*Elle ne peut pas tromper.*

Hoc

Hoc fidei proprium eſt ac Divinæ Revelationis, quæ ipſum Deum verum habent Authorem & non niſi eo negato in dubium vocari poſſunt.

*LXX. Eadem.*

IN MOTU IMMOBILIS.

*Immobile dans le mouvement univerſel de toutes les autres.*

In animum tranquillum ac frangi neſcium, quomodocunque etiam ab undis iniquæ fortunæ agitetur.

LXXI. *Eadem.*

NE IRIGORI E PIU BELLA.

Quo frigidior eo lucidior.

*Dans les plus grands froids plus luiſante.*

In quendam, cujus ingenium eò magis ſeſe exſerit, quo magis adverſa fortuna premitur.

LXXII. *Stella Polaris.*

EGO SUM VIA, VERITAS, ET VITA.

*Je ſuis la voye, la verité, & la vie.*

Quod in Filium Dei adornatum eſt. Via autem dici poteſt hæc ſtella, quia navigantibus inſtar ducis eſt; veritas, quia tempus fideliter notat; vita denique propter ejus vim in conſervationem illius emiſſam.

*LXXIII. Eadem.*

NUNQUAM SPECTATA FEFELLIT.

*Elle n'a jamais trompé quand on l'a regardé.*

Quo ſignificatur neminem unquam fruſtra in auxilium vocaſſe S. Virginem.

*LXXIV. Nox cum ſex ſtellis.*

SOLATIA NOCTIS.

*Pour addoucir ſes chagrins de la Nuit.*

Hoc ſymbolo Romæ cohoneſtatæ ſunt exuviæ Margaretæ Auſtriacæ Reginæ Hiſpanicæ à Gente Hiſpanica Anno 1612. die 23. Februarii, in quo ſex additæ ſtellæ præfigurabant ſex Reginæ ſuperſtites infantes.

*LXXV.* Stellæ *cum verbis Scripturæ.*

LUCENT EI QUI FECIT EAS.

*Elles luiſent toûjours pour celuy qui les a faites.*

In devotos quoſvis, qui rebus mundanis valedicendo nullam niſi de rebus cœleſtibus, cogitationem admittere volunt.

*LXXVI.* Stellæ *diverſæ magnitudinis.*

VARIETAS DELECTAT.

*Leur diverſité plait.*

Concinna Mundi ſtructura maximè conſiſtit in miranda rerum varietate, quod ad Eccleſiam applicari poteſt.

*LXXVII. Firmamentum ſtellis ornatum & Planetarum circuli.*

ÆTERNUM EST QUOD VOLVIMUS.

*Ce que nous voulons eſt éternel.*

In

In eos, qui de æternis tantum ſoliciti ſunt.

LXXVIII. *Firmamentum ſtellatum.*

NVMERA SI POTES.

*Contez les ſi vous peuvez.*

In S. Virginis eximias dotes, quæ huic verſui occaſionem dederunt.

TOT TIBI SVNT DOTES VIRGO
QVOD SIDERA COELO

Qui verſus tot ſubire poteſt mutationes, quot Aſtronomi plerumque in Cœlo numerant ſtellas.

LXXIX. *Stellæ.*

LVCEAT QVI LVCEM DEDIT.

*Que celuy qui nous a donné la Lumiere la reprenne pour luy.*

Hæc erat Apoſtolis votorum ſumma poſt mortem Filii Dei; cujus reſurrectionem ardenter expectabant.

# PLANETAE
# ET
# CONSTELLATIONES.



I. *Stella Magos ducens ad ſtabulum Bethlehemiticum.*

MONSTRANT REGIBUS ASTRA VIAM.

*Les Aſtres montrent aux Rois le chemin qu'ils doivent tenir.*

Cor

Cor Regis in manu Dei eſt.

II. *Stella matutina quodam temporis ſpatio ſolem praecedens.*

RILUCER PUOTE ANCO FRA TANTO LUME.

Tanto adjuncta lumini diſtingui poteſt.

*Auprés du plus grand Aſtre on peut la diſtinguer.*

In quendam, qui rebus ſuis geſtis à Principe diſcernitur.

III. *Jupiter Satellitibus ſuis ſtipatus, qui exiguæ ſunt ſtellulæ.*

MAESTA CON ALTEZZA UNITA SCORGI.

Hinc ei Majeſtas ac honos.

*Il eſt de ſa grandeur d'être ainſi reveré.*

Quæ duo ſymbola conſpicua erant, cum Sacro lavacro tingeretur Princeps Parmenſis Odoardus Farneſus Anno 1668.

IV. *Sol occidens & Venus oriens.*

TUNC CONSPICUA.

*C'eſt alors qu'elle paroit d'avantage.*

Quod gerebatur in ludicris Equitum pugnis Sinæ Anno 1602. præſentibus Toſcaniæ Principibus à Bartholomæo Forteguerrio, qui ſe vocabat Equitem Luminis reviviſcentis *Il Cavaliere della Rauvitata luce*, & illud aſciverat in honorem cujuſdam viduæ, quam amabat, cujuſque dotes poſt obitum mariti demum mundo innoteſcebant.

V. *Lucifer.*

CUM PHOEBO CIRCUIT ORBEM.

*Je*

*Je fais le tour du monde avecque le Soleil.*

In Miniſtrum vigilantem & laborioſum.

VI. *Idem prope Solem.*

ADHÆRERE BONUM EST.

*Il fait bon s'attacher à luy.*

In Aulicum, qui Principi clementi adhærere ſuo magno emolumento novit.

VII. *Marius Marianus Academicus Bononienſis pro ſymbolo habebat ſtellam matutinam, quam Græci Phoſphorum appellant, hoc lemmate.*

REDDE DIEM.

*Rendez nous le jour.*

Quæ verba vel Gratiæ divinæ conveniunt, à cujus fulgore nobis oriuntur Salutis lumina; vel Scientiæ, cujus ope intellectus noſter illuminatur.

*VIII. Lucifer.*

MICAT INTER OMNES.

*Elle brille entre toutes.*

Quod in gratiam cujuſdam Fœminæ excogitatum eſt, cui nomen erat *Juliæ*, quia Horatius dicit, *micat inter omnes Julium ſidus*. Hinc idem corpus in honorem Cardinalis Mazarini ſacratum eſt adjecto pro lemmate verſu integro, quia Julius nominabatur, & inſignium loco habebat ſtellas.

IX. *Satellites Jovis teleſcopio detecti.*

VISA PER ANGUSTUM.

*C'eſt par un tube étroit, qu'on les a decouverts.*

Fi-

Fide apprehendimus Religionis myſteria, cui cùm nos ſubmittamus, quicquid etiam obſcuritatis habeat, multò apprehendemus plura quam rationis beneficio.

X. *Mercurius retrogradus.*

GRATUM FATI DONUM.

*C'eſt l'effet agreable du deſtin.*

Perobſcurus eſt hujus ſymboli ſenſus. Utebatur eo Franciſcus Alciatus, qui erat Academiæ *Affidatorum*, quæ eſt Ticini, civis. Et quemadmodum Mercurius non nunquam retrograditur ut præſtet commoda mundo, ita à contemplationibus aliquando recedendum eſſe putabat, ut temporis quidquam poſſit dari amicis. Præterea hoc ipſo alluſio fit ad Academiæ ſymbolum, quæ habet avem, quæ verſus Mercurium volat atque inter volandum ovorum unum ponit ad pullos excludendum, quo contemplationem & actionem ingenioſe ſatis præfigurabant.

XI. *Heſperus occidens occidente Sole.*

COMITATA CADENTEM.

*Campagne de ſa mort.*

Quod componebatur in obitum junioris Principiſſæ Sabaudiæ Franciſcæ Aurelianenſis, quæ eodem fermè tempore decedebat, quo Regina Chriſtiana Galliæ amita ejus.

XII. *Lucifer.*

SOLEM LUCE HAUD PROMISIT INANI.

*Elle eſt un aſſuré preſage du Soleil.*

Prima Gratiæ lumina, quæ inſpiratione illuceſcunt, plerumque ſunt indicia inſtantis ſanctificationis, modò ad priora oculos noſtros attentos teneamus.

XIII. *Lucifer.*

CORAM MICAT UNUS.

*Seul en preſence du* Soleil.

*Que les Aſtres plus lumineux*
*Vantent ce grand éclat de feux,*
*Dont ils parent la Nuit obſcure :*
*Celuy-cy n'a point ſon pareil*
*Il eſt unique en la nature*
*Qui luiſe avecque le Soleil.*

VERSIO:

Maxima quamvis, noctis opacæ
Ornamentum, ſplendorque Poli,
Nobile jactent ſidera lumen;
Huîc nulla pari fulgore micat,
Unica namque eſt ſocia Phœbo
E tot ſtellis lumina mittens.

Quod eſt proprium Sereniſſimi Delphini.

XIV. *Veſperugo Solem inſequens.*

STAT QUOCUNQUE SEQUI.

*Je le ſuivray par tout.*

In Delphinum, qui veſtigia Regis Patris ſui premere contendit.

XV. *Eadem.*

EXHIBET AUTHOREM.

*Elle fait voir qui l'a produit.*

In eundem.

XVI. *Eadem.*

SOLI SOLA MICO.

*Je*

*Je brille ſeule pour le Soleil.*

In Reginam.

XVII. *Eadem.*

NON DESERIT UNQUAM.

*Elle ne le quitte jamais.*

In fidum Amicum.

XVIII. *Eadem.*

CUM SURGIT ET OCCIDIT ADSUM.

*Je ſuis preſent quand il ſe leve, & quand il ſe couche.*

In præcipuum Regis Cubicularium, qui eì & ſurrecturo & cubitum ituro ſemper adeſt.

XIX. *Eadem.*

MAGNO DE LUMINE LUMEN.

*Je tiens le jour d'une grande lumiere.*

Hoc ſymbolum Dux gerebat in equeſtri ludo, quî Regis auſpiciis celebrabatur.

XX. *Eadem.*

NUNQUAM PROCUL.

*Jamais éloigné de luy.*

In Amicum fidelem.

XXI. *Eadem cum Sole occiduo.*

SOLA CUM SOLE.

*Seule avec le Soleil.*

In S. Virginem, quæ diſcipulis omnibus aufugientibus

tibus ſola Chriſtum in monte Calvariæ non deſerebat.

XXII. *Eadem.*

VESPERE & MANE.

*Le matin & le ſoir.*

In quendam, qui utraque fortuna ſe amicum præbet. Quadrat quoque in rerum divinarum contemplatorem, qui & veſpere & mane cum Deo verſatur.

XXIII. *Comes Theodorus Trivulce Præfectus Equitum Regis Catholici in Belgio pro ſymbolo habebat eandem ſtellam, hoc lemmate.*

SEQUITUR & PRÆCURRIT.

*Elle le ſuit & le devance.*

Quod ſymbolum Gratiæ eſt, quæ nos prævenit & opera bona ſequitur.

XXIV. *Eadem cum verbis Tibulli.*

PROVOCAT ORTA DIEM.

*Elle appelle le jour, d'abord qu'elle ſe leve.*

In Nativitatem S. Johannis Baptiſtæ Præcurſoris Jeſu Chriſti.

XXV. *Eadem.*

EOI OCCIDUIQUE COMES.

*Compagne du lever & du coucher du Soleil.*

XXVI. *Eadem cum* Sole *ſermonem miſcens, cui dicit.*

PRÆI, SEQUAR.

*Allez devant, je vous ſuivray.*

In

In quendam, qui ſe alicujus arbitriò protinus ſubmittit.

XXVII. *Lucifer.*

PRÆSENTEM NUNTIAT.

*Elle annonce la venuë du Soleil.*

In S. Johannem Baptiſtam anteambulonem Jeſu Chriſti.

XXVIII. *Idem.*

CITO VENIT, SERO RECEDIT.

*Elle vient-tôt, & ſe retire tard.*

Prior hæc ſtella omnium apparet, poſterior diſparet. Factum eſt in quandam Abatiſſam, quæ in Monaſterio & exercitiis piis ſemper agmen ducebat.

XXIX. *Stella matutina cum Sole & his verbis Claudiani.*

DUBITANDA NIHIL.

*Elle ne craint pas de paroître devant luy.*

Totum hoc ex Claudiano decerptum eſt, ubi laudes panegyricas ſpargit in Conſulatum Honorii quartum.

*Viſa etiam medio populis mirantibus audax*
*Stella die, dubitanda nihil, nec crine retuſo*
*Languida, ſed quantus numeratur nocte Bootes.*

Poteſt referri ad quendam, qui magnorum Virorum cœtum frequentare haud reformidat. Adhibitum verò eſt in exequiis Cardinalis Camporii Epiſcopi Cremonenſis, qui in inſignibus gerebat ſtellas.

XXX. *Mercurius.*

NUNQUAM PROCUL à SOLE.

*Jamais loin du* Soleil.

In quendam Aulicum, qui à Principe ſuo non procul diſcedebat.

XXXI. *Mercurius in* Solem *ingrediens atque lumen ſuum perdens.*

SIC LATUISSE JUVAT.

*Qu'il eſt avantageux de ſe cacher ainſi.*

In aliquem, qui mundo derelicto ſe tantum Deo ſacrat.

XXXII. *In gloriam S. Virginis, quòd Filium ſuum ſequeretur mortem ſubiturum, pingebatur ſtella ſolem occiduum ſequens.*

SEQUITUR DESERTA CADENTEM.

*Toute ſeule qu'elle eſt, elle ſuit le Soliel.*

XXXIII. *Saturnus.*

TARDISSIME VELOX.

*Il avance beaucoup ſans ſembler ſe mouvoir.*

Tarde videtur ſuum curſum conficere Saturnus, quia magnum eſt ſpatium quod debet emetiri, atque in eo nobis ſiſtit imaginem Prudentiæ, quâ lente videntur res agi, quia omnes circumſtantiæ debent expendi.

XXXIV. *Idem Planeta.*

SUBLIMIOR LENTIOR.

*Elle n'eſt pas plus lente, mais elle eſt plus élevée.*

XXXV. *Idem.*

TARDIOR IN SPECIEM LONGE EST VELOCIOR.

*Quoy*

*Quoy qu'il ſemble plus lent, il va beaucoup plus viſte.*

XXXVI. *Andreas Doria Præfectus maritimus Cæſari cuidam longarum navium pro ſymbolo inſcribi curaverat ſtellam hanc* Solem *inſequentem adjecto lemmate.*

VIAS TUAS DOMINE DEMONSTRA MIHI.

*Seigneur montrez moy les routes que je dois tenir.*

In quo Stella alloquitur Solem & Præfectus maritimus Deum.

XXXVII. *Sol cum ſtella matutina.*

PARA QUE REINA A SU LADO.

Ut regnet à latere.

*Pour regner à ſes côtez.*

In matrimonium Reginæ Hiſpaniæ.

XXXVIII. *Signa Cancri, Leonis & Virginis in Zodiaco, quæ medium Coeli occupant.*

FERVIDIORA LATIUS.

*Les plus ardens ſont bien plus de chemin.*

In fervidum zelum, quo ingentia maria auſi ſunt emeteri viri Apoſtolici.

XXXIX. *Taurus, Cancer, Leo & Scorpio in Zodiaco.*

SERVIUNT NON SÆVIUNT.

*Ils ſervent & ne nuiſent pas.*

Quando animi motus ita ſunt conſtituti, ut locus eſſe poſſit Dei atque Gratiæ motibus, nocere illi non poſſunt, quin potius mirandum in modum prodeſſe queant.

XL. *Conſtellationes Poli Antarctici.*

NOVIS NOVA LVMINA TERRIS.

*En decouvrant de nouvelles terres, on a decouvert de nouvelles lumieres.*

In novam Phyſicæ, Hiſtoriæ & Geographiæ cognitionem, quam novo mundo detecto accepimus.

XLI. *Signum Tauri cum Sole.*

SOLIS STATIONE CORVSCAT.

*Quand le Soleil y entre il a plus d'éclat.*

Quod in Ducem Sabaudiæ compoſitum eſt, cum Turinum intraret, quæ Taurum pro inſignibus habet.

XLII. *Signum Aquarii cum Hydria ſua.*

NVNQVAM DEFICIVNT.

*Elles ne manqueront jamais.*

In largos Gratiæ & Miſericordiæ Chriſti fontes, qui ſemper manant.

XLIII. *Signum Arietis circa finem Martis oriens.*

OMNIA FLORENT.

*Toutes choſes fleuriſſent.*

Hoc Florentiæ conſpicuum fuit, cùm Anno 166 matrimonio jungeretur Franciſcus de Medicis, Princep Florentiæ & Sinæ cum Johanna Auſtriaca, quod Sidu huic Principi natale erat.

XLIV. *Signum Capricorni, quod Coſmi Magni natale erat eodem tempore comparuit cum halcyonibus ſuper mari atque his verbis:*

HOC FIDVNT.

*Ils ſont en ſeureté ſous l'Aſtre qui Domine.*

Qui

Quia hoc ſigno dominante tàm tranquilli ſunt dies, ut *Alcedonia* priſcis appellati ſint. Adhibebatur autem hac tempeſtate ad depingendum ſtatum quietum, quem hoc Principe Rerum potiente ſperabant.

XLV. *Signum Virginis & navis ex portu ſolvens.*

HAC DVCE TVTA VIA EST.

*Le chemin eſt heureux ſous un guide ſi ſeur.*

In cultum S. Virginis, cujus auſpiciis hæc vita, quantis etiam periculis ſit ſubjecta, feliciter tranſigi poteſt.

XLVI. *Signum Leonis.*

IN ME PIU VIGOROSO IL SOL RISPLENDE.

Quo Sol propinquior, eò lucidior.

*Quand le* Soleil *m'approche il a plus de vigueur.*

In bella, quæ à Rege ſunt geſta in Belgio, cujus inſigne & ſymbolum eſt Leo.

XLVII Signum *Leonis.*

TERROR AMANS.

*Il ſçait ſe faire craindre & ſçait ſe faire aimer.*

In Monarcham.

XLVIII. *Idem.*

ETIAM DOMINATVR IN ASTRIS.

*Il regne dans le Ciel, comme il regne ſur la terre.*

XLIX. S*ignum* Scorpionis.

MAS NOCIVO QUE EN LA HERRA.

Magis nocet ſuprà quàm infra.

*Il nuit plus de ſi haut, qu'il ne feroit ſur terre.*

Quod à Saavedra effictum eſt in illos, qui in mundo ſunt evecti, ut noceant.

L. *Signum Capricorni.*

FIDEM FATI VIRTVTE SEQVIMVR.

*Rendons par la vertu ce deſtin aſſuré.*

Quo utebatur Magnus Coſmus de Medicis, cui hoc ſignum erat natale, ut & Auguſto, cui totius orbis imperium præſagiebat.

LI. *Idem.*

HAC ITER ELYSIVM.

*Il mene aux champs Elyſiens.*

Quod erat ſymbolum Marchionis Alphonſi della Valle Academici Bolonienſis, quia ex Platonicorum mente eo ad Elyſios campos penetrandum.

LII. *Urſa minor.*

QVO MAGIS GELAT INDE CLARIOR LVCET.

*Plus il gele, plus elle luit.*

Quod gerebat Comes Johannes Orſius Academicu Bolonienſis ex Academia *Gelatorum*. Alludebat auten eo & ad nomen ſuum & ad inſignia & ad Academiam cujus in album erat adſcriptus, innuebatque ſe indie ad majorem intellectus perfectionem pervenire, quo frequentius academicis exercitiis intereſſet.

LIII. *Franciſcus Orſius eadem ſtirpe prognatus & ejuſdem Academiæ civis idem ſidus habebat addita ha epigraphe.*

ET JACET INFORMIS.

*Elle eſt encore difforme.*

Ad terram, quæ eſt Polo proxima, incultam reſpexiſſe credibile eſt, qua cum ingenium ſuum modeſtè videtur contuliſſe.

LIV. *Geminianus Montanarius ex eadem Academia eandem ſibi picturam eligebat, cui adſcribebat.*

ALTIORE GELIDIS.

*Le plus haut des Aſtres du Nort.*

Is idem *Elevati* nomen aſſumpſerat, quo ſignificare volebat, ſe Academiæ huic ſuam debere elevationem ſivè æſtimationem.

LV. *Comes Caſpar Bombacius ex eadem ſocietate idem corpus habebat hoc lemmate.*

MA NEL MEDESMO TEMPO.

Lente ſed eodem tempore.

*Lentement, mais en même temps que les autres.*

Etſi lento gradu incedat urſa, curſum tamen ſuum haud ſegnius circa totum Cœli ambitum abſolvit quàm ſtellæ cæteræ, quod ad ſe pertinere volebat Comes Bambaccius, hac ratione, ut, etſi tam prompto ingenio non eſſet quo Academici alii, nunquam tamen ſegnis futurus eſſet in exercitiis Academicis quibuſvis.

LVI. *Felix Domina de Urſinis pro ſymbolo habebat Urſam minorem hac inſcriptione.*

SINE OCCASU FELIX.

*Heureuſe de ne jamais ſe coucher.*

Quo ſimul alluſio fit ad utrumque ſuum nomen.

**LVII.** *In obitum cujuſdam Reginæ Hiſpaniæ idem corpus exhibebatur hoc lemmate.*

VERTITUR NON OCCIDIT.

*Elle tourne & ne ſe couche pas.*

Quo ſignificatur animam non perire, ſed tantum conditione ſua mutari à corpore ſeparatam.

**LVIII.** *Urſa minor.*

NAUTAS CURSU DOCET BREVI.

*Son cours ſert aux Nochers à regler leur conduite.*

Vita cujuſdam Viri prudentis brevis exemplo eſt omnibus aliis quomodo vitam ſuam inſtituere debeant.

**LIX.** *Urſas minor.*

NESCIA MERGI.

*Elle ne ſe couche point dans l'Ocean.*

In quendam, qui extra ærumnarum quarumvis ſortem poſitus eſt.

**LX.** *Signum Libræ, quod immediate ſequitur ſignum Virginis.*

EX VIRGINE PENDET.

*Elle ſuit la Vierge.*

In cultum, quem exhibebat Magiſtratus quidam S. Virgini.

**LXI.** *Lucifer.*

LUCE ANTEIT OMNES.

*Elle a plus de lumiere que toutes les autres.*

Quod

Quod concinnatum eſt in D. Talonem Advocatum curiæ Pariſienſis. Inſculptum eſt etiam faciei alicujus numiſmatis in ejus honorem paratum.

LXII. *Rodolphus* II. *Imperator Capricornum gerebat hoc epigraphe.*

FULGET CÆSARIS ASTRUM.

*C'eſt l'Aſtre de Ceſar.*

Quia hoc ſidus natalitiis affulgebat Auguſti, ex quo ipſi prædicebant imperii ſummam.

LXIII. *Coſmus tertius de Medicis Dux Tuſciæ uſurpabat ſidera, quæ de Medicis cognomen accepere, & Jovis ſatellites ſunt, navigantibus ſecundum curſum prænuntiantes.*

CERTA FULGENT SIDERA.

*Ce ſont des Aſtres ſeurs, qui me ſervent de guide.*

In quo ſibi Majorum exemplum proponebat.

LXIV. *In Regem defunctum atque Principem ejus pictus eſt* Sol *cui adhærebat Stella, quam vocant Borbonicam hac epigraphe.*

MIHI SIDUS ADHÆRET BORBONICUM.

*L'Aſtre de Bourbon ne me quitte pas.*

LXV. *Franciſcus* Secundus *naſcebatur eo tempore, quo multæ comparebant eclipſes, reſque publicæ admodum erant afflictæ, hinc ipſi ſymbolum formabant ex Cratere, quod ſidus eſt & tempore eclipſium oritur, hac epigraphe.*

INTER ECLIPSES EXORIOR.

*Ma naiſſance entre les éclipſes.*

Alii hoc ſymbolum tribuunt Ludovico XII. quem referunt ſucceſſiſſe in locum Caroli VIII. maſcula prole orbati die 15. Aprilis, quo die hoc ſidus, luminaribus defectum patientibus, oriri ſolet.

## LXVI. *Idem.*

FATO PRUDENTIA MAJOR.

*La prudence fait plus que le deſtin.*

Quo innuitur noſmetipſos fortunæ noſtræ eſſe fabros, eamque nequaquam dependere ex aſtrorum inclinatione.

LXVII. *Patriarcha quidam Aquileienſis, qui elapſo ſeculo floruit, pro ſymbolo habebat iſtud ſidus, quod vulgò nominant Currum, cujus maxima & elegantiſſima* Stella *vocatur Via honoris, hoc lemmate.*

AD VERUM ITER TE MAXIMA SERVO.

*Pour en tenir le vray chemin, je m'attache à ſuivre la plus grande.*

Baptiſta Pittonius pictor Vicentienſis Epitomæ ſuæ hoc ſymbolum inſeruit, quam publici juris Venetiis fecit Anno 1562, quod Dolcius his verſibus explicabat.

*Nel bel Carro ſtellato chiara e bella*
*Via piu che l'altre, e di forma maggiore.*
*A gli occhi de' mortai luce una ſtella,*
*Con felice, leggiadro, almo ſplendore;*
*Al ver camin d'honor oſſerva quella*

*Queſto*

*Queſto invito, e magnanimo* Signore
*Che diſceſo de'* Sacri *Illuſtri Eroi.*
*Orna e Illuſtra ſe co raggi ſuoi.*

LXVIII. *Barbarus ejuſdem loci Patriarcha gerebat* Stellam *matutinam hac ſubſcriptione.*

VOLENTES.

*Ceux qui veulent.*

Gratia eſt ſtella, cujus ductu ad Cœlum ducuntur volentes.

LXIX. *Cùm juſta fierent Cardinalis Camporii, quidam Triangulus cœleſtis pingebatur, qui conſtabat ex tribus ſtellis æquali ſpatio à ſe invicem diſtantibus cum his verbis.*

NULLUM ÆQUALIUS.

*Nul n'eſt plus égal.*

Quo notabant hujus Cardinalis temperantiam & modeſtiam, qui pro inſignibus habebat tres ſtellas triangulari forma diſpoſitas. Diſpoſitio hæc omni ex parte æqualis deſignat hominem, qui omni tempore atque in omnibus rebus ſui eſt ſimillimus.

LXX. *In honorem Reverend. D. de Perefixe Archiepiſcopi Pariſienſis ac Regii Præceptoris, pingebatur ſignum Sagittarii, qui erat Centaurus Chiron Præceptor Achillis, cui inſcriptum erat.*

STELLAS MERUIT PRÆCEPTOR ACHILLIS.

*Le Precepteur d'Achille a merité le Ciel.*

Inſignia ejus erant novem ſtellæ.

LXXI.

**LXXI.** *Signum Virginis inter Leonem & Libram.*

COELESTES TEMPERAT IRAS.

*Elle appaiſe le Ciel irrité contre nous.*

In S. Virginem Miſericordiæ matrem.

**LXXII.** *Stella Polaris.*

QUI ME NON ASPICIT, ERRAT.

*Qui ne me regarde pas s'égare.*

In Eccleſiam.

*LXXIII. Stella Polaris attrahens acum pixidis nautica.*

VIS ARCANA TRAHIT.

*Seulement par l'effort d'une vertu ſecrete.*

Quo depingitur gratiæ divinæ character.

**LXXIV.** *Conſtellatio Orionis.*

COELESTI MILITAT ENSE.

*Ses armes ſont toutes Celeſtes.*

In Principem, qui Religionis tuendæ cauſa tantùm bellum gerit.

**LXXV.** *Planeta circa Solem.*

NON LICET ESSE PARES.

*Mais il n'eſt permis de s'égaler à luy.*

Quadrat in Principem & aulicos, cujus in ulteriorem explicationem ſunt hi verſus;

Cognatis quamvis radiis, & luce coruſca
Eſſe licet ſimiles, NON LICET ESSE PARES.

LXXVI.

LXXVI. *Triangulus ſiderum poſitura.*

TRIA LUMINA, ET UNUM.

*Trois lumieres & une ſeule.*

In S. Trinitatis myſterium.

LXXVII. *Corona Ariadnes.*

NOVUM DECUS ADDITA COELO.

*Elle ſert d'ornement au Ciel, ou l'on l'a miſe.*

In Sereniſ. Delphinæ honorem.

LXXVIII. *Stellæ Firmamenti & infra illas meſſis.*

SUPRA INFRAQUE JUVANT.

*Utiles dans le Ciel, utiles ſur la terre.*

In Sanctos.

LXXIX. *Saturnus.*

MINOR ESSE VIDETUR QUÆ SUMMA EST.

*La plus grande eſt la plus petite.*

In demiſſam S. Virginis mentem, quæ ſe profitebatur Domini ancillam, accepto nuntio, quod Mater Salvatoris eſſet futura.

LXXX. *Saturnus.*

SUMMA VIDETUR AB IMIS.

*Toute haute qu'elle eſt, on la voit de bien bas.*

Quod fuit adornatum in Papam Alexandrum VII. qui inſignium loco gerebat Stellam ſuper monte ſex jugis eminente. Innuebant autem eo ejus ſummam affabilitatem, qua maxime præſtabat ad tantum dignitatis faſtigium elevatus.

*LXXXI. Stella Firmamenti.*

IMMOTA VIDETUR.

*Elle eſt muë ſans ſe mouvoir.*

*LXXXII. Stella in medio nubis.*

IN TENEBRIS ABSQUE TENEBRIS.

*C'eſt dans les tenebres, qu'elle eſt ſans tenebres.*

Quod in fidem quadrat.

*LXXXIII. Stella oriens cum Sole.*

CRAS EADEM.

*Elle ſera demain la même.*

*LXXXIV. Stella Firmamenti.*

QUO ALTIOR MINOR.

*Plus elle eſt élevée, plus elle eſt petite.*

In S. Virginis humilitatem.

*LXXXV. Stella in Coelo obſcuro.*

MIHI DECUS AB UMBRIS.

*Les ombres me font de l'éclat.*

Quod Academiæ Bolonienſis nomine in Eliſabetham Sirani confectum erat, quæ artis pictoriæ perquam erat gnara & vigeſimo ſexto ſuæ ætatis anno extremum obibat diem.

LXXXVI.

*LXXXVI. Stella Polaris ſuper mari.*

INVIA PERVIA.

*Elle ouvre des chemins ou l'on n'en trouve point.*

In quendam, qui aliquid novi detexit.

*LXXXVII. Sol occiduus & ſtellæ.*

VOS QUOQUE AD OCCASUM.

*Vous y viendrez auſſi.*

Cujuſcunque homines ſint ſortis ſive magni ſubſellii ſive plebis ex fæce, mortis tamen neceſſitati ex æquo ſubjecti ſunt.

LXXXVIII. *Stellæ.*

OMNIA SIMUL.

*Tout en meſme temps.*

Sunt qui una vice omnes ſuas ingenii dotes vitæque modum exſerere poſſunt ſtellarum in morem, quæ omnem ſuum ſplendorem exhibent ſtatim ac Sol oculuum ſuum lucidum deflectit.

LXXXIX. *Firmamentum ſtellis conſitum.*

MOVENTUR NON MUTANTUR.

*Elles ont mouvement, & ne ſont point changé.*

Hoc ſymbolum comparuit, cùm Principes Roſpiglioſi ſolemniter exciperentur à Collegio Romano, qui erant Papæ Clementis IX. nepotes, quo virtutum exprimebant ſplendorem, quo & ipſe Papa & ejus cognati effulgebant.

XC.

XC. *Stella mututina.*

DISPONIT CUM SOLE VIAS.

*Sur le Soleil elle regle ſes pas.*

Qui character eſt S. Pontificis, quo in primis conſpicuus erat Papa Clemens IX. qui Deum ſolum actionum ſuarum habebat regulam ac normam.

XCI. *Coelum ſtellatum.*

ET CREBRIS ET RARIS.

*Ny trop frequentes ny trop rares.*

In moderatum animum, qui nec nimium inclareſcere, nec nimium latere cupit.

XCII. *Anno* 1593. *caput* S. *Nimphæ Virginis & Martyris Panormianæ, quod Romæ fuerat reconditum in quadam Eccleſia, à Papa Clemente* VIII. *acceperant Panormiani Comitiſſæ d'Olivares Vice-Reginæ Siciliæ ope, hinc ſolemni more ejus reliquiæ ſunt receptæ, quibus decorandis cives Florentini arcum triumphalem parari juſſerant, qui multis emblematis, inſcriptionibus & ſymbolis erat ornatus quorum unum pro pictura habebat Solem in ſigno Leonis, hoc lemmate.*

CUM FORTI FORTIOR.

*Le fort avec le fort.*

Quo innuebant hujus Sanctæ protectionem & curam quam hujus urbis habebat, quaque magnum ei accedebat munimentum.

XCIII. *Satellites Jovis.*

JUDICIUM FALLIT DISTANTIA IN MAGNITUDINE.

*L'éloignement empéche de juger de leur grandeur.*

Propter nimiam inter nos & Sanctos in Cœlis diſtantiam de illorum virtute & magnitudine judicium difficulter ferri poteſt.

XCIV. *Via lactea.*

EX LUMINE CANDOR.

*La lumiere fait ma blancheur.*

XCV. *Pat. Ragius Capucinus Genuenſis vulgato libro ſuo Theologico, de Regularium vivendi modo præfigebat Solem orientem, cujus radii diſſipabant tenebras hac epigraphe.*

ABSCONDITA IN LUCEM.

*Je mets au jour ce qu'on ne voyoit pas.*

Radii Solis vocantur Italico ſermone *Raggi*, hinc ad Autoris nomen egregie alluditur.

XCVI. *Johannes Keerbergius Bibliopola Antwerpienſis ſolem gerebat pro ſymbolo ſuper Globo terreſti, addita hac inſcriptione.*

FOVET & ORNAT.

*Il en eſt le ſoûtien & fait ſes ornemens.*

Ad juſtitiam depingendam inſigniter facit, qua totus ſervatur orbis atque omnis rerum ordo.

XCII. *Dominus de Santuëil, qui tam felix eſt i verſibus componendis ac inſcriptionibus in fontes, & opera publica inveniendis, nummulos æreos in bella extraordinaria cuſos Solis ſymbolo ornabat adſcripto lemmate.*

ET FULMEN SINE NUBE PARAT.

*Et tout ſerein qu'il eſt prepare la foudre.*

Quod applicabatur ad Regem, cùm Argentoratum copiis ſuis peteret; eamque civitatem ſine magno ſtrepitu & nullo fere apparatu bellico caperet.

LU

# LUNA.



I. *Iſabella de Mediciis Domina de Urſis habebat in inſignibus ſuis Lunæ creſcentis cornua, Solem reſpicientia.*

DONEC MELIUS NITEAT.

*Juſqu'à ce qu'elle ait plus d'éclat.*

Quod tali convenit, qui virtutes divinas contemplatur ut earum particeps reddatur.

## II. *Luna.*

TODOS ME MIRAN, YO A UNO.

Me ſpectant omnes, ego unum.

*Tous me regardent, & j'en regarde un ſeul.*

Quod ſymbolum in Reginam adornatum erat, cùm Pariſios intraret. D. Clement, qui ejus author eſt, adjiciebat hoc carmen explicationis ergo.

*Source de beauté, tout pure,*
*Je fais briller la nuit obſcure,*
*Et conſpire au repos commun,*
*Surpris de ma vive lumiere.*
*Tout le monde me conſidere,*
*Mais je n'en conſidere qu'un.*

Quod ſic reddi poteſt:

Illa ego ſum noctis præſes, quæ lumine fuſcas
Irradio tenebras, requies mortalibus alma
Dum venit, &placidum fundit per membra ſoporem
In mundi requiem tribuens communia vota.
Me ſtupet Orbis, ego ſolius lumine Phoebi
Ducor, & illius tenet admiratio mentem.

## III. *Primum cornu creſcentis Lunæ, quando apparere incipit.*

LATUIT NON DEFUIT ORBI.

*J'étois cachée, & faiſois mon devoir.*

*Tant que le Dieu du jour jetta ſur moy les yeux*
*Mon éclat ſurpaſſa celuy des autres feux,*
*Et ma gloire ne fut à nulle autre ſeconde:*
*Il eſt vray mon bonheur eut un cours limité:*
*Je paſſay dans l'obſcurité*
*Sans étre moin utile au monde.*

VER-

VERSIO:

Dum mihi flammivomus radiantia lumina Titan
Obvertit, forma faciei Sydera vinco:
Nec tamen inficior ſignatum limite certo
Quadrijuges volitare meos, & currere curſum.
Cumque ſub obſcuris lateam quandoque tenebris
Non ignava tamen, nec ſum minus utilis Orbi.

IV. *Luna.*

SOLI PARET, ET IMPERAT UNDIS.

*J'obeis au Soleil, & regne ſur les flots.*

*Je fournis ma noble carriere*
*Sur l'un & ſur l'autre Hemiſphere*
*Sans prendre un moment de repos;*
*L'air & les vents me font hommage,*
*Mais par un plus noble avantage*
*J'obeis au Soleil, & regne ſur les flots.*

Quod hoc modo expreſſimus.

Alta vehor per utrumque polum, percurritur axe
Orbis uterque meo, requieſque negata laborum
Hos generat fructus, hæc præmia certa, quod ipſe
Aër & aërei veniant ad fœdera venti:
Ut propria hæc maneat tantarum gloria rerum
Iuſſa ſequor Phoebi, mihi parent æquoris undæ.

V. *Luna obverſa* Soli.

SCUOPRE LA FIAMMA SOL A CHI L'ACCESE.

A te mihi ſolo flamma & ardor.

*Vous ſeul voyez mes feux, vous qui les allumez.*

In affectum ſecretum.

 VI.

VI. *Luna ſuper ſphæra ignea.*

FRA GLI ARDORI IL MIO CANDOR DURA.

Ex ardore ejus mihi candor conſtans.

*Ma candeur eſt conſtante au milieux de ſes feux.*

In amicitiam puram & conſtantem.

VII. *Luna decreſcens.*

POSTQUAM PLENISSIMA FULSIT.

*Aprés avoir brillé dans le plus grand éclat.*

In quendam, qui è dignitatis gradu, quo anteá erat conſtitutus, eſt dejectus.

VIII. *Luna Solem deficientem reddens.*

INNOCUA NOCET.

*Elle luy nuit ſans vouloir l'offenſer.*

Quod in eos competit, qui ſub charitatis ſpecie non nunquam derogant exiſtimationem ingenuis. hominibus.

IX. *Eadem.*

DEMIT NIL MIHI SED ORBI.

*C'eſt le monde qui perd, pour moy je ne perds rien.*

Viri illuſtres multum mundo ſua morte detrahunt ſibi nihil.

X *Eadem.*

DAMNA LUCIS REPENDO MEÆ.

*Je me vange de luy, pour les torts qu'il m'a fait.*

XI. *Lunæ creſcentis cornu.*

COMPLETUR CURSU.

*Elle acquiert de l'éclat, en rempliſſant ſa courſe.*

In quendam, cujus merita & exiſtimatio cum ætate reſcunt. Quo honoratus eſt D. Euſtathius Voloviacſius Nobilis Polonus, qui peregrinando ſibi magnum irtutum parabat cumulum.

XII. *Luna deficiens.*

AT SIBI NON DEFICIT.

*Elle ne manque pas pour elle.*

In quandam illuſtrem Fœminam, cujus tanta erat ietas, ut nemo dubitaret quin rectà Cœlum petiiſſet.

XIII. *Luna Soli oppoſita, unde ſuum ſplendorem habet.*

CONVERSA LUCIDIOR.

*En ſe tournant vers luy, ſa lumiere s'augmente.*

Cum perſona quædam maſcula eruditione præſtans idem Catholicam amplecteretur. Lucarinius tribuit oc ſymbolum Franciſco Mandolio Piccolominio, ui rebus Florentinorum civilibus ſe abdicans in cuiam Romanam recipiebatur, ubi ad majores identilem evehebatur honores eccleſiaſticos. Cornu creſcentis Lunæ in inſignibus habebat; Aula autem Ronana per ſolem innuebatur, utpote luminis & magniudinis fontem.

XIV. *Lunæ creſcentis Cornu.*

ILLUCESCIT NON AMBIENS.

*C'eſt dans empreſſement que s'accroiſt ſa lumiere.*

In quendam, cui merita, ſervitia, & res geſtæ

conferunt honorem & exiſtimationem, præterquam quod horum quicquam in votis habeat aut quærat.

XV. *Idem.*

INTERIUS NON MUTOR.

*Si je change au dehors, le dedans eſt le meſme.*

XVI. *Tempore Coronationis Regis ac Reginæ Poloniæ numiſma cuſum eſt, cujus facies exhibebat Lunam cum Sole, adjecta ſubſcriptione.*

SOCIAM VOCAT IN CONSORTIA REGNI.

*Il la fait regner avec luy.*

XVII. *Sol Lunam reſpiciens.*

FIGIS IN UNA, QUOS MUNDO DEBES OCULOS.

*Vous arrêtez ſur elle uniquement.*
*Ces regards lumineux que vous devez au monde.*

Lemma ex Ovidio eſt, quod extat lib. 4 Metamorph. & in Principem erat compoſitum, qui omnem curam, quam regimini debebat, in quandam collocabat fœminam, cujus authoritas ſatis ponderis apud eum habebat.

XVIII. *Luna.*

NELLE TENEBRE ALTRUI SPLENDO BEATA.

Major ex tenebris ſplendor.

*Les tenebres d'autry, redoublent mon éclat.*

Quod ad conceptionem S. Virginis referri poteſt; quæ, cùm omnia alias corruptioni ſubſint, ſola ſine peccato concepit.

XIX.

*XIX.* Luna.

FRA L'OMBRE NON ERRO.

Inter umbras non erro.

*Je n'erre point parmi les ombres.*

In Prudentiam.

*XX. Luna in conjunctione cum Sole.*

SUPERIS TANTUM LUCET.

*Elle ne luit que pour le Ciel.*

*XXI.* Luna *in oppoſitione cum* Sole.

PROXIMA CUM DISTAT.

*Plus elle s'en éloigne, & plus elle a d'éclat.*

In S. Virginis humilitatem.

*XXII.* L*una ſphæra ignea proxima.*

NON INFUSCAT PROXIMUS IGNIS.

S*i voiſine du feu ſans en être brûlé.*

In quendam, qui in medio maximorum periculorum innocentiam ſuam ſartam tectam conſervat.

*XXIII. Sol & Luna ſuper horizonte.*

QUELLO SPENTO CHE SARA QUESTA?

Quantus hujus ſine illo ſplendor?

*Quand l'un ne paroît plus, quel éclat n'a pas l'autre.*

In quandam Principiſſam, quæ marito defuncto omnem ſuam in regimine exſerebat vim ingenii & prudentiæ.

*XXIV. Quarta pars Lunæ.*

SCIT & DIVISA VIDERI.

*Elle ſçait ſe partager.*

In factionis adverſariæ conſortem.

XXV. *Luna & Sol.*

HOC AFFLATA CORUSCO.

*C'eſt de ſon éclat que je brille.*

*XXVI. Luna defectum patiens ab umbra Terræ.*

CUM SESE INTERJICIT.

*Quand la Terre ſe met entre-deux.*

Multum perdit virtus ſui ſplendoris apud Deum æque ac homines, quando divinis miſcentur mundana commoda.

*XXVII. Luna & Sol oriens.*

LANGUET AD EXORTUM.

*Elle languit, quand le Soleil ſe leve.*

Languet omnis naturæ vis, ſtatim ac Gratiæ lumen radios ſuos emittit.

*XXVIII. Luna deficiens in umbra Terræ.*

LANGUEO NI VIDEAM.

*Je languis ſi je ne la voy.*

In alicujus abſentiam.

XXIX. *Luna ex eclypſi emergens.*

PARUMQUE OCCULTA RESURGIT.

*Aprés s'être cachée enfin elle paroit.*

*XXX. Luna plena.*

CANDIDA CANDIDIS.

*Elle n'eſt que blancheur dans un temps bien ſerein.*

Quod uſurpabat Regina Claudia conjux Franciſci in illuſtre documentum, ſe cum ſui ſimillimis ſincerè agere velle.

*XXXI. Luna.*

SEMPRE LUCE UNA PARTE E L'ALTRA LANGUE.

Ex una parte ſplendeo, ex altera langueo.

*Je brille d'une part, de l'autre je languis.*

In Perſonam morbo colluctantem, quæ ingenio erat præcellenti.

*XXXII. Luna propter umbram terræ deficiens.*

ALTERIUS UMBRA.

*Pour me nuire elle me fait ombre.*

Quo invidiæ imago exhibetur.

*XXXIII. Eadem, hoc lemmate.*

NON SEMPER OBSTABIT.

*Cet obſtacle à mes feux, ne dure pas toûjours.*

*XXXIV. Luna cum verbis Sapientis.*

CONSUMMATA MINUITUR.

*Elle déchoit, d'abord qu'elle a paru parfaite.*

*XXXV. Luna plena.*

AT OPACA SUPERNE.

*Mais du côté d'en haut, elle eſt dans les tenebres.*

In

In quendam eruditum, hereſeos tamen reum.

XXXVI. *Ludo equeſtri Romæ celebrato Anno* 1634. *die* 26 *Februarii ab Equitibus Romanis, ſub auſpiciis Cardinalis Antonii Barberini, Lunam ſymboli loco habebat Comes Fabritius Ferrettius, hac inſcriptione.*

PER AMICA SILENTIA.

*C'eſt durant le ſilence, & dans l'obſcurité.*

Quo ſecretum ſuum exprimebat amoris affectum.

XXXVII. *Eandem gerebat Eques Mutius, cui alludens ad nomen ſuum adjiciebat.*

DE MUTI CAMPI E DEL SILENTIO AMICA.

Amicus noctis & ſilentii.

*J'aime la nuit & le ſilence.*

XXXVIII. *Dominus Horatius Narius eligebat ſibi Lunam & Stellas, epigraphenque addebat, quæ non longè abit à lemmate Ferrettii.*

FIDA SILENTIA.

*Le ſilence eſt fidele.*

XXXIX. *Symbolum Pauli* II. *Papæ erat Luna, cui adſcriptum.*

NOCTU RENIDET.

*C'eſt la nuit qu'elle brille la mieux.*

Adeò perditæ erant res, cùm ad clavum Regiminis ſederet, ut ejus virtutes magnum haberent campum ſe exſerendi.

XL.

XL. *Eminentiſſimus Cardinalis de Monte Aretino ſignificaturus ſe omnem ſuum ſplendorem debere Deo, pro ſymbolo conſtituebat* Lunam *à* Sole *lumen ſuum accipientem, cum verbis Prophetæ.*

ILLUMINATIO MEA.

*De luy vient ma lumiere.*

XLI. *Idem corpus gerebat Henricus Dux Brunſvicenſis.*

LUX IN TENEBRIS.

*Elle luit dans les tenebres.*

Quod Fidei proprium eſt.

XLII. *René Rex* Siciliæ Lunam *creſcentem, cui inſcripta erat vocula* LOS, *quæ conjuncta cum luna creſcente idem eſt ac ſi dicas.*

LOS EN CROISSANT.

*Laus creſcendo.*

Quo innuitur, encomia non cadere in quendam poſſe niſi qui virtutum ſatellitio ſit probè ſtipatus. Equeſtrem conſtituit ordinem, qui hoc ſymbolo gaviſus eſt.

XLIII. *Vincentius Gonzague Ducis Mantuæ non multum ab hoc abludit, qui Lunam creſcentem gerebat cum vocula*

SIC.

Quod ita ſuppleri poteſt, ni fallor, SIC CRESCENS, atque tunc eundem ſenſum habet, quem ſuperius.

XLIV. *Marchio de Torremaggiore & Hippolita Carette ejus conjux duo ſibi reciproca formabant ſymbola,* cum

*cùm matrimonio jungerentur, quorum alterum pro corpore habebat* Solem *defectum patientem intercedente* Luna,*his verbis.*

SIC MUTOR AD ILLAM.

*Je change ainſi pour elle, en perdant mon éclat.*

Quia propter illam ſe maximis honoribus abdicabat.

XLV. *Alterum erat Luna* Solem *reſpiciens, quo illa utebatur, hoc lemmate.*

ME TUIS ORNARI.

*De vôtre ſeul éclat, je fais toute ma gloire.*

XLVI. *Luna.*

ACCEPTUM COMMUNICAT ORBI.

*L'éclat qu'elle reçoit, elle nous communique.*

In quendam, qui Operibus ſuis publicatis magnum cum Orbe literario communicabat lumen.

XLVII. *Luna ſolem deficientem reddens.*

ABSCONDIT ORBI.

*Elle le cache au monde.*

In Fugam infantis Jeſu in Ægyptum, quâ illum tuebatur à ſævitia Herodis S. Virgo.

XLVIII. *Luna mundum illuminans.*

CUNCTA REFUNDIT.

*Elle ne s'en reſerve rien.*

In quendam fidelem rerum commiſſarum adminiſtratorem,de quibus exactè rationem reddere poteſt.

XLIX.

XLIX. *Luna.*

DAT QUOD HABET, NEC MINUS HABET.

*Elle donne ce qu'elle a, ſans rien perdre de ce qu'elle a.*

Quo exprimitur bonorum ſpiritualium natura.

L. *Luna ſine ſplendore.*

COELO DATUR QUOD DEMITUR ORBI.

*Elle donne au Ciel, ce qu'elle oſte a la terre.*

Semper illuminata ſua facie ſplendet Luna; quod cum non appareat in terra, in Cœlo ſuum ſplendorem tunc exſeri certò ſcias. Atque in eo genium alicujus Perſonæ deſcribere poteſt, quæ opera ſua bona tegit, neque præter Deum ullum aliquem in teſtimonium adhibet.

LI. *Luna creſcens.*

ALIQUANDO PLENA.

*Elle ſe remplira avec le temps.*

LII. *Luna.*

NUNQUAM EADEM.

*Jamais le même.*

In quendam inconſtantem.

LIII. *Luna.*

OPEROSIOR UNDE SPLENDIDIOR.

*Elle agit plus, quand elle a plus d'éclat.*

In aliquem, qui indefeſſe occupatus eſt in præcipuis Reipublicæ muneribus.

*LIV. Luna ſine ſplendore.*

AT COELO REFULGET.

*Mais elle brille au Ciel.*

In obitum Aſcanii Piccolomini Archiepiſcopi Senenſis.

*LV. Luna eclypſin patiens.*

DUMMODO CURSUM CONSUMMEM.

*Qu'importe pourveu que j'acheve ma courſ.?*

*LVI. In ludo equeſtri à Rege inſtituto Delphinus gereba Lunam hac inſcriptione.*

UNO SOLE MINOR.

*Le Soleil ſeul a plus d'éclat que moy.*

*LVII. Princeps verò, qui præerat turmæ Turcarum,* Lu*nam creſcentem.*

CRESCIT UT ASPICITUR.

*C'eſt ſelon vos regards que j'ay plus de lumiere.*

In quo alluſio fit ad ſymbolum Regis, qui Solem gerit.

*LVIII.* Luna.

LUMINE PROFICIT.

*Elle ſe ſert de ſes lumieres pour faire du bien à tout le monde.*

**LIX.** *Luna ſupra horizontem, cum Sole.*

INTERDIU QUOQUE.

*Et de jour meſme.*

L

In quendam, cujus ſingularis virtus ab aliorum ſplendore adeo obnubilari nequit, quin omnium oculos incurrat.

LX. *Luna deficiens.*

VALIDIOR TAMEN.

*Ses influences n'en ſont pas moins fortes.*

Non eſt tanta morborum afflictionumque vis, ut ingenium doteſque hominum illuſtrium protinus deprimere valeat.

LXI. *Luna in conjunctione cum Sole, unde ſine lumine apparet.*

OBSCURATUR AT JUNGITUR.

*Elle a moins d'éclat, mais elle en eſt plus proche.*

In quendam, qui mundum abnegat, ut arctior ejus unio fiat cum Deo.

LXII. *Luna defectum patiens in ſuo Apogæo.*

ELATA CITIUS CLARESCIT.

*Plus elle eſt élevée, plûtôt elle rentre dans les lumieres.*

LXIII. *Luna plena.*

AT CITO DEFICIT.

*Et d'abord elle perd ſon éclat.*

Vana eſt omnis pompa mundana citoque tranſiens. Hinc optimè ſecunda fortuna depingitur per Lunam deficientem, quippe quàm ſæpiſſime fit ut tandem volubilis erret.

LXIV. *Luna ſine ſplendore.*

RENOVABITUR.

*Elle ſera renouvellé.*

Hæc ſeptem ſymbola à Lucarinio Academico Sinenſi inventa ſunt, quorum poſtrema duo in mortem Simonis Lunadori Epiſcopi de Nocera confecerat.

LXV. *Luna à parte terræ tenebris involuta atque circa eam ſtellæ.*

CLARA VIDENT CLARAM.

*Ceux qui ſont éclairez, la trouvent lumineuſe.*

Quod P. Bovius adornavit in gloriam S. Ignatii, cujus faciem totam illuminatam ſæpe videbant S. Philip. Neri atque alii Sanctitate præſtantes.

LXVI. *Idem vitam contemplativam & activam quam in monaſteriis vivunt, effictuꝛus pingebat Solem &* Lu*nam hoc lemmate.*

ALTERNO MUNERE VISA.

*Chacun à ſon tour ſe fait voir.*

LXVII. *D Patin cùm patria pulſus alias regiones petere cogeretur, pro ſymbolo aſſumebat* Lunam *deficientem in umbris terræ hac epigraphe.*

PATITVR NON DISSOLVITVR.

*Elle ſouffre, & ſouffrant elle ſubſiſte encore.*

LXVIII. *Generoſ. D. de Coligny, Præfectus copiarum, quas contra Turcas Rex mittebat in Hungariam, in expeditionis felicis omen pro ſymbolo ſibi eligebat* Lunam *à Sole obtenebratam, cui adſcriptum erat.*

TIBI SE PERITVRA RESERVAT.

*C'eſt à vous ſeul d'effacer ſon éclat.*

Qui-

Quibus verbis Regem alloquitur, cujus ſymbolum eſt Solis pictura.

LXIX. *Luna plena.*

TOTVS FRATER IN ORE EST.

*Elle a tout l'air de ſon frere.*

Quod de Sole dicitur. Factum eſt in quandam Fœminam, quæ fratrem ſuum ad vivum referebat.

LXX. *Lunæ creſcentis cornua.*

CRESCAM VT PROSIM.

*Je ne croiſtray que pour faire du bien.*

Quo inſigniuntur generoſæ mentes, quæ ob virtutem ac magna ſua merita ſummis honoribus affectæ ambitioni ſuæ non ſtudent ſed uni bono publico.

LXXI. *Laurentius Caraffa mortem Fratris ſui Comitis de Policaſtre defiens, pro ſymbolo aſſumebat* Lunam *deficientem, cujus hæc erat epigraphe.*

RAPTO LVMINE FRATRIS DEFICIMVS.

*Je languis, en perdant les regards de mon frere.*

LXXII. *Luna eclypſin patiens in umbra Terræ.*

INSPECTO ORBATVR AB ORBE.

*En regardant la terre, elle perd ſa lumiere.*

Qui nimium adhæret umbris terræ, certum eſt illum deperdere lumina Cœli.

LXXIII. *Luna deficiens, quia eſt plena.*

CRESCIUTA MANCO.

Creſcendo deficio.

*Je m'éclipſe lorſque je ſuis plus grande.*

Author hujus ſymboli multa hujus generis peculiari quodam libro in vulgus emiſit. Hoc in illuſtrem Fœminam d'Arpajou factum eſt, quæ morte excedebat ſimul ac in Duciſſam evehebatur. Qua re ad omnes omnino trahi poteſt, qui fortuna accedente vita defunguntur.

LXXIV. *Luna deficiens.*

ÆGRAM MENS SVSTINET INGENS.

*Elle eſt malade, mais une ſage intelligence la gouverne.*

In aliquem, qui afflicto in ſtatu mentem integràm ſibi ſervat, nec quicquam de animi conſtantia perdit ad inſtar Lunæ, quæ quamvis defectum patiatur, nunquam tamen à mente relinquitur, quæ eam regit.

LXXV. *Luna plena in medio noctis tenebrarum ſplendens.*

JAM SOLA, SOLEM ÆQVAT.

*Quand elle eſt ſeule, elle fait les fonctions du* Soleil.

In defunctæ Reginæ adminiſtrationem Regni.

LXXVI. *Luna cum fluxu & refluxu maris.*

SEDATQUE, CIETQUE.

*Elle l'excite & l'appaiſe.*

Quod pro D. d'Avaux Plenipotentiario excogitatum eſt, qui in inſignibus habebat creſcentis Lunæ cornu. Quadrat autem in genere in omnes, qui affectus ſuos ſedare æque ac ciere queunt.

*LXXVII.*

LXXVII. *Luna deficiens propter umbram terræ.*

HINC ALIQUANDO ELUCTABOR.

*J'en ſortiray bien-toſt.*

In quendam, qui cum adverſa conflictatur fortuna, cujus finem tandem aliquando ſperat futurum.

LXXVIII. *Luna creſcens.*

DONEC TOTUM IMPLEAT ORBEM.

*Juſqu'à ce qu'elle rempliſſe tout ſon cercle.*

Hoc ſymbolum Henrici II. inter celeberrima habendum. Sunt qui id amatorium cenſent atque in Dianam de Poitiers concinnatum. At magis ſimile videtur vero, id eſſe heroicum, magnamque innuere Principis Magni ſpem, fore, ut aliquando rerum potiatur totius Orbis.

LXXIX. *Quarta pars Lunæ.*

LATEO NON MINUOR.

*Je ne perds de mon éclat, je ne fais que le coucher.*

In quandam perſonam, quæ benè latet, atque ex eo nihil exiſtimationis ſuæ amittit.

LXXX. *Luna plena.*

QUANTO PIU S'ALLONTANA, PIÙ RISPLENDE.

Quo remotior, eò ſplendidior.

*Plus elle s'éloigne, plus elle éclate.*

In aliquem, qui Patria ſua relicta magnam ſibi acquirit famam. Luna quippe nunquàm magis ſplendet, quàm procul remota à Sole.

*LXXXI. Luna.*

E TAL NON TORNA MAI QUAL SI DISPARTE.

Nunquam eadem redit.

*Elle ne retourne jamais telle qu'elle eſt partie.*

Quo mobile notatur pectus, aut qui ex itinere revertitur totus mutatus. Similitudo in eo ſita eſt, quod nunquam eadem oriatur Luna, major enim eſt ſemper aut minor, quam die præcedente.

*LXXXII. Luna.*

FRATERNO LUMINE CRESCIT.

*Elle brille de la lumiere de ſon Frere.*

In Regis fratrem, cujus omnis ſplendor ex eo pendebat.

*LXXXIII. Luna Solis radiis illuminata.*

ACCIPIT UT DET.

*Elle reçoit pour donner.*

Hoc unum eorum eſt, quibus porticus Palatii Regii eſt decorata, ubi in honorem equitis Bayard conſtitutum eſt, qui munus quoddam à Fœmina quadam Brixiæ in Italia, apud quam divertebatur, accipere nolebat niſi ea conditione, ut id rurſus in ejus filias diſpenſari concederet. Quadrat etiam egregiè in virum eruditum; qui hunc in finem tantum diſcit, ut habeat quibus imbuat alios.

LXXXIV. *Luna occidens, cujus quarta tantum pars adhuc eſt conſpicua.*

REDIBO PLENIOR.

In

In quendam, qui ſtudiorum cauſa Patriam relinquit, ut doctior redeat.

LXXXV. *Luna.*

NON PERDE MAI PER VARIARE IL GUARDO.

Nil perdit facie mutata.

*Elle ne perd rien pour change de face.*

Quo quidam notatur, cui ex meritis ſuis nihil decedit, quamvis non tàm ſplendidè ut alii appareat.

LXXXVI. *Luna deficiens.*

MINUS LUCET, HAUD MINUS ARDET.

*Elle a moins d'éclat, & n'a pas moins d'ardeur.*

In amorem abſconditum, ardentemque.

*LXXXVII. Luna Solem deficientem reddens.*

PRÆSENTIA NOCET.

*La preſence de l'un nuit à l'éclat de l'autre.*

Quod ad congreſſus Principum quidam Politicus trahebat, quibus alter alterius ſplendorem plerumque obtenebrat.

LXXXVIII. *Luna defectum patiens ab umbra terræ ob plenitudinem ſuam.*

TUNC TE TERRA TEGET CUM TOTUM IMPLEVERIS ORBEM.

Quod erat concinnatum in obitum Franciſci Xavierii, ejuſque ſuſcepta in Indiam itinera notabat.

LXXXIX. *Luna.*

CALDI GLI PRENDE, FREDDI GLI VENDE.

Calidos accepit, frigidos reddit.

*Elle les reçoit chauds, & les rend froids.*

Reddunt ingrati pro beneficiis acceptis mala, uti Luna pro calidis Solis radiis influxus frigidos.

*XC. Luna infra ſtellas.*

PROPIOR NON MAJOR.

*Elle eſt plus proche, mais elle n'eſt pas plus grande.*

Quidam videns brabeum equeſtri ad annulum trajiciendum decurſione facta adverſario ſuo adjudicatum à judice, quo cum vinculis propinquitatis erat conjunctus, quamvis id magis ſe meritum eſſe quàm illum putaret, poſtero die hoc ſymbolo comparebat, quo ſignificare volebat, ſicut Luna major apparet ſtellis, quia nobis propinquior, quamvis re vera multo iis minor, ita adverſarium apparuiſſe ſe multo præſtantiorem, quia ſanguine erat conjunctus ſtadii diribitori.

*XCI. Luna.*

SECUNDÆ GLORIA LUCIS.

*La ſeconde lumiere.*

In Fratrem unicum Regis.

*XCII. Luna.*

YA MAS, YA MENOS.

Jam major, jam minor.

*Tantoſt plus, tantoſt moins.*

In quendam, cujus fortuna adeò inconſtans eſt, ut Lunam referat, quæ jam creſcit, jam decreſcit. Quadrat quoque in talem, qui cum̄ Apoſtolo dicit: *Scio abundare & penuriam pati.*

*XCIII. Luna in medio ſtellarum.*

INTER OMNES.

*Elle brille entre toutes.*

In S. Virginem, cui primas debemus inter omnes Sanctos.

XCIV. *Luna eclypſin patiens.*

CENSURÆ PATET.

*Elle eſt expoſée à la cenſure.*

In Virum magnum, cujus vivendi ratio cenſuræ publicæ ita eſt expoſita, ſicut eclypſis hujus ſideris omnium oculis.

XCV. *Luna plena atque ſub ea aſtaci, conchæ margaritiferæ &c.*

PLENA SIBI ET ALIIS.

Vel

DE PLENITVDINE EJVS OMNES ACCIPIMVS.

In S. Virginem, cui Deus omnia beneficia & gratias commiſit quæ in nos vult derivari, quibus cùm abundet, largos eorum ſuper nos effundit theſauros. Quod hic lunâ effingitur, quæ quando plena eſt, ſecundum Plinium medullâ oſſa & omnia animalia conchis implet.

XCVI. *Luna.*

MI MUDANCA MI CONSTANCIA.

Conſtans inconſtantia.

*Conſtante en mon changement.*

Non eſt conſtantius quicquam inconſtantiâ.

XCVII. *Luna Soli oppoſita.*

CLARIOR OPPOSITU.

*Elle a plus d'éclat en ſon oppoſition.*

In Authorem quendam, qui refutatione aliorum celebrior redditur.

XCVIII. *Luna.*

SEMPER IPSA.

*Elle eſt toûjours la meſme.*

*Plus heureuſe par moy, que par ma renommée*
*D'un meſme eſprit conſtamment animée*
*Je roule également & mes nuits & mes jours*
*Et quoy qu'en diſe le vulgaire*
*Je reviens ſur mes meſmes tours*
*Sans reçevoir en moy de figure contraire:*

Quod latinè ſonat:

Quid ſpargat mala fama parum eſt, jubet eſſe quietum
Virtutum regina meum Conſtantia pectus,
Namque pari revoluta gradu noctemque diemque
Partior æquali ſemper diſcrimine; verum eſt
Me vulgò inſtabilem nimia levitate vocari,
Dum modo conſpicior fulgenti veſte decora,
Nunc triſtes atrata ſinus, nunc tota videri,
Mox media, aſt eadem facies, & ſemita, curſus,
Omnia ſunt, non eſt quicquam mutabile Lunæ.

XCIX. *Luna Solem ſequens in Zodiaco.*

SEQVITVR VESTIGIA FRATRIS.

*Sur les pas de ſon Frere.*

*Tant de monſtres divers ne ſçauroient arrêter*
*Ce bel Aſtre dans ſa carriere*
*Mais plain de force & de lumiere*
*Nous voyons que ſans s'écarter.*
*Dés qu'il paroit ſur l'hemiſphere*
*Il ſuit fidelement les traces de ſon Frere.*

Quos ita interpretati ſumus.

Terribiles viſu formæ Tauruſque Dracoque
Et quotquot Cœlo ſpectantur monſtra ſereno
Non retinere ſua poſſunt feritate prementem
Fraternos paſſus, Dianæ nobilis axem;
Quin ubi ſydereus Cœlo caput extulit alto
Phœbus, adeſt, ſequiturque pari veſtigia paſſu.

C. *Luna.*

UNA SOLI.

*Une ſeule au Soleil.*

Hoc proprie ſpectat ad matrimonium. Lemma ex denominatione duorum luminarium petitum eſt, de quibus Vir quidam doctus acute: *Neque hic eſſet Sol niſi ſolus, neque hæc eſſet Luna niſi una.*

CI. *Luna plena & reſpiciens Solem.*

TOTUM SI POSSET HABERET.

*Si elle pouvoit, elle ſe transformeroit toute en luy.*

In Fœminam mariti ſui admodum amantem.

CII. *Luna defectum patiens.*

MORIENTIS SIDERIS UMBRA.

*Par l'ombre d'un Aſtre mourant.*

In S. Virginem ſuper monte Calvariæ.

CIII. *Mulier quædam ex ſtirpe de Creſcimbene in inſignibus creſcentis Lunæ cornua habens, unum illorum pingi pro ſymbolo curabat, cui alluſione facta ad nomen ſuum adſcribebat.*

CRESCE IN BENE.

Creſcit ad perfectionem.

*Elle croît en perfection.*

CIV. *Luna lumen Solis recipiens.*

CONSORS FRATERNI LUMINIS.

*Elle participe aux lumieres de ſon Frere.*

CV. *Luna ſenſim apparens.*

LUMEN EUNTI.

*Plus elle va, plus elle a de lumiere.*

CVI. *Luna.*

NIVEUM DAT VISA DECOREM.

*Tout eſt blanc, quand elle paroit.*

In mores ingenuos, quos S. Virginis exempla nobis inſpirant.

CVII. *Luna deficiens.*

E PUR CAMINA.

Tamen non deflectit.

*Elle*

*Elle ne laiſſe pas d'aller.*

In quendam, qui invidia & adverſitatibus repugnantibus antiquum ſuum obtinet, eodemque ſemper agit modo.

CVIII. *Luna.*

A LA NOTTE COMPARTEIRAI DEL SOLE.

Nocti dat radios Solis.

*Elle porte à la nuit, les rayons du Soleil.*

In Viros Apoſtolicos, qui infidelibus Evangelium prædicant.

CIX. *Luna inter ſtellas.*

MAJOR QUIA HUMILIOR.

*Elle eſt plus grande, parce qu'elle eſt plus baſſe.*

In humilitatem, quæ nobis apud Deum magnam conciliat gratiam mirandumque in modum evehit.

CX. *Luna.*

CUM LUCE REFRIGERIUM.

*Elle nous rafraichit, lors qu'elle nous éclaire.*

In S. Virginem, cujus ope animæ ex purgatorio liberantur & Cœlum obtinent.

*CXI. Luna deficiens.*

DEFICIT ORBE PLENO.

*Elle manque quand elle eſt pleine.*

In quendam, qui imminente tandem fortuna ſecunda decidit.

CXII.

*CXII. Luna ab umbra terræ eclypſin patiens.*

EREPTA SIBI LUCE NOCET.

*Elle ſe nuit en s'ôtant la lumiere.*

In impios, & libertinos, qui omnem movent lapidem,ut lumina gratiæ ac rationis protinus deſtruant.

*CXIII. Luna in nube.*

NON VISA PRÆFULGET.

*Bien qu'on ne la voye pas elle ne laiſſe pas de briller.*

In Perſonam quandam, quæ ſe Deo ſacravit & monaſterio incluſa eſt.

*CXIV. Luna plena.*

SURREXIT LUCIDA.

*Elle s'eſt levée, avec tout cet éclat.*

In Nativitatem S. Virginis.

*CXV. Luna ſuper Oceano.*

LUMINE NON TURBINE.

*C'eſt par ſa lumiere, & non pas par ſes mouvemens.*

Quod Principi congruit, qui omnes ſuas regiones ſumma laude ac ſine turba gubernat, palatio ſuo ſemper fixus adhærens.

*CXVI. Luna plus luminis habet, quando nobis videtur habere minus, quia tunc Soli proxima eſt.*

MAS LUZ PORQUE MENOS RESPLENDOR.

Multum luminis, parum ſplendoris.

*Elle a plus de lumiere, & n'a pas tant d'éclat.*

*Que*

*Que ma lumiere eſt peu connuë,*
*Qu'on juge mal de mes vertus,*
*Si l'on en veut croire à la veuë:*
*J'en ay moins lorſque j'en ay plus.*

INTERPRETATIO:

Judicer ignotâ cum de virtute, ſiniſtris
Judiciis, hominum mihi ſæpe injuria fiat.
Si tribuenda fides oculis, ego lumine parvo
Emico, dum magna molis ſum parte coruſca.

In quendam ſolitudinis amantem, vitamque occultam viventem.

*CXVII. Luna.*

AFFERT CUM LUCE QUIETEM.

*Sa lumiere nous eſt un gage du repos.*

In Regis connubium, cujus auſpiciis pax reddebatur.

CXVIII. *Luna plena in medio ſtellarum.*

ENTRE TOVTES VNE PARFAITE.

Vna inter omnes perfecta.

Mauritius Sevus Nobilis Lionienſis, qui rerum potiente Franciſco I. florebat, quinquaginta typis vulgabat Anno 1544 ſymbola, quorum lemmata omnia ſunt gallica, verſibuſque ornata. Exhibet in eo opere tot picturas in ſuam rem amatoriam, quæ tamen honeſtatis limites haud excedunt, qua virtute ei chara erat amaſia, eamque unice ſuis verſibus & ſymbolis celebrabat ut ex titulo videre eſt, qui habet: *Delie Objet des plus hautes vertus.*

CXIX.

*CXIX. Luna nocte obſcura.*

MA CLARTE TOUJOURS EN TENEBRES.

Claritas mea ſemper in tenebris.

Quod ejuſdem Authoris eſt atque ordine trigeſimum ſeptimum, quo videtur adamatæ ſuæ receſſum deflere, in quam hujuſmodi habentur verſus:

*Au centre heureux, au cœur impenetrable*
*A cet enfant ſur tous les Dieux puiſſant.*
*Ma vie entra en tel heur miſerable*
*Que pour jamais de moy ſe baniſſant*
*Sur ſon Printemps librement fleuriſſant*
*Conſtitua en ce ſaint lieu de vivre.*
*Sans autrement ſa liberté pourſuivre,*
*On ſe nourrit de penſemens funebres:*
*Et plus ne veut le jour mais la nuit ſuivre,*
*Car ſa lumiere eſt toûjours en tenebres.*

Quorum talem concepimus verſibus latinis ſenſum:

Centro felici plus ferrea corda gerenti
Quæ cunctis anteit ſuperis, præſtantior infans.
Ergo dies hæc atra meam (miſerabile) vitam
Dividit exilio æterno in flore juventæ?
Dum parat optatæ ſe libertatis alumnam
Hunc Sanctum pietate locum quæ ſponte petivit.
Hic ubi funereo mentem modulamine paſcens
Se velit obſcuræ noctis comitem eſſe, diei
Diffusâ quàm luce frui & tot volvere curas
Majus enim tenebris lumen ſperabit opacis.

*CXX. Henricus II. cùm adhucdum Delphini nomen ſubiret pro ſymbolo habebat Lunæ creſcentis cornu, cum hoc lemmate.*

DO-

DONEC TOTUM IMPLEAT ORBEM.

Quo innuere volebat, ſe indies majora facere & virtutis & prudentiæ incrementa, donec tota rerum adminiſtratio ſibi advolveretur.

CXXI. *Patre verò defuncto, à Paulo Jovio petiit D. Mortier, qui Regis nomine Legati vices obibat Romæ, ut Symboli ejus epigraphen immutaret, poſtquam in id faſtigium jam eſſet evectus, ſortemque prioris ſymboli expleſſet. Hinc Lunæ cornu in plenam Lunam mutavit Paulus Jovius lemmatiſque loco adjecit.*

CUM PLENA EST FIT ÆMULA SOLIS.

*Quand elle eſt pleine, elle ne cede point au Soleil.*

Quo alluſio fit ad ſymbolum Caroli Quinti, qui habebat Solem in Zodiaco his verbis. NONDUM IN AUGE. *Il n'a pas encore tout ſon élevation*; & ad Philippi Secundi, qui gerebat Solem orientem hac inſcriptione. JAM LUSTRABIT OMNIA. Utrique horum bellum fecit fœlici ſucceſſu Henricus II. ad ea recuperanda quæ à Patre erant amiſſa. Interim certum eſt eum hoc poſteriori ſymbolo nunquam uſum fuiſſe, num id autem in Dialogo ſuo de ſymbolis conſervaverit Paulus Jovius, utique nos latet.

CXXII. *Gabriel Simeonis conatus eſt etiam ſymbola quædam excogitare, quæ tamen juxta regularum amuſſim non probe videntur elaborata, quorum eſt quoddam in Regem Navarræ Antonium de Bourbon & Reginam ſuam ſponſam, quod picturæ loco habebat Annulum cum adamante, cujus in medio erat Sol & Luna hoc lemmate.*

SIMUL & SEMPER.

*Ainſi toûjours enſemble.*

Quo volebat depingere amoris vim atque conſtantiam, ut & ejuſdem ſplendorem & egregie facta.

CXXIII. *Luna creſcens.*

PLUS CROIST PLUS LUIT.

Quò plus creſcit, eò magis lucet.

Quod compoſitum eſt in Principem juvenem.

*CXXIV. Luna.*

OGNUN SA CHI M'ACCENDE.

Omnibus eſt notus qui mihi lumen præbet.

*Chacun ſçait qui m'allume.*

In Perſonam, cujus ingenuus legitimuſque affectus omnibus æque patet.

*CXXV. Luna ſuper Oceano, cum verbis Horatii.*

SEU TOLLERE SEU PONERE VULT.

*Soit qu'elle vueille faire élever les flots, ou les faire abbaiſſer.*

In Regem belli & pacis arbitrum.

*CXXVI. Luna nube tecta.*

ATQUE ABSCONDITA PRODEST.

*Elle fait du bien qu'elle ſoit cachée.*

In eleemoſynas, quæ ſecreto fiunt à perſona vitam abſconditam vivente.

*CXXVII. Luna.*

MUTAT VICES.

*Elle change ſouvent de face.*

In

In aliquem, qui vivendi modum ſæpe mutat.

*CXXVIII. Cùm Anno* 1640 *primum Ordinis ſui ſeculum elapſum celebrarent Jeſuitæ, Flandrici hanc ſolemnitatem pluribus decorarunt ſymbolis, in quibus quinque erant, quæ pro corpore habebant Lunam.*

L*una.*

OMNIA SOLIS HABET.

*C'eſt du Soleil qu'elle tient ce qu'elle eſt.*

Quo gratum ſuum exhibebat animum hi Patres erga Jeſum Chriſtum, cui omnia ſua ſe debere hoc ſymbolo aperte teſtabantur.

*CXXIX.* L*una plena.*

TOTO MICAT ORBE.

*Elle remplit ſon tour.*

Epigraphe latina æquivoca eſt, idem autem hic valet ac *implet mundum.*

*CXXX. Luna.*

MEDIA FOVET OMNIA NOCTE.

*Au milieu de la nuit tout ſubſiſte par elle.*

CXXXI. L*una defectum patiens.*

OBJECTA TELLURE TENETUR.

L'*ombre s'oppoſe au jour qu'elle reçoit.*

In rabidos invidiæ morſus.

CXXXII. L*una ex umbris terræ emergens.*

IPSA FORMOSIOR UMBRA.

*Elle en paroiſt plus belle.*

CXXXIII. *Luna.*

EXTERNO LUMINE CRESCIT.

*Elle reçoit d'ailleurs la lumiere qu'elle a.*

In aliquem, qui Principis favori debet verius ſuam dignitatem quam ſuis meritis.

CXXXIV. *Luna in medio ſtellarum.*

DI MAGGIOR LUCE VAGA.

Lucidior formoſiorque.

*Elle a plus de lumiere & nous paroit plus belle.*

CXXXV. *Luna cum verbis Ovidii ex 5. libro Metamorph.*

NEC QUOD FUIMUSVE, SUMUSVE, CRAS ERIMUS.

*Je changeray demain de face & de lumiere.*

In vitæ inſtabilitatem.

CXXXVI. *Luna prope Solem.*

QUO PROPIOR TENEBROSIOR.

*Plus elle s'en approche, & moins elle a d'éclat.*

Minus habent plerumque autoritatis Magnates in Principum aulis quàm ab aula procul remoti. Ibi enim perdunt, quæ in ſuo diſtrictu illis exhibetur, ſummam reverentiam.

CXXXVII. *Luna in Zodiaco.*

VELOCITATE PRÆSTAT.

*Elle a plus de viteſſe a fournir ſa carriere.*

Luna curſum ſuum intra novem & viginti dierum ſpatium abſolvit. Sol verò trecentos & ſexaginta quinque

que dies horaſque aliquot impendit. Idem dicendum de cæteris Planetis, quorum quidam plus temporis exigunt. Atqui ex eo fit, quod ſymbolum nobis præbeat Luna hominum mira promptitudine præſtantium, qui brevi tempore perficiunt quæ aliis nimio conſtant.

CXXXVIII. *D. Hercules Trivulce Reginæ Hiſpaniæ Legatus extraordinarius ad Papam Innocentium X. gerebat Lunæ creſcentis cornua in Zodiaco, hac epigraphe.*

CITISSIMA EXPLET.

*En peu de temps elle acheve ſa courſe.*

Quo animi ſui promptitudinem diligentiamque notabat, quam in hujus Reginæ mandatis impigre expediundis volebat exhibere.

CXXXIX. *Luna, quæ incipit ſe exſerere.*

SINE MACULA.

*On n'y voit pas la moindre tache.*

In S. Virginis conceptionem.

CXL. *Eadem.*

QUANDO PICCIOLA E PIU D'OMBRE E PURGATA.

Minimæ macula nulla.

*Quand elle eſt plus petite, on n'y voit point de tache.*

In eandem.

CXLI. *Exequiæ Aſcanii Piccolominii Archiepiſcopi Sienenſis decorabantur ſymbolo quodam, cujus pictura erat Luna noctu, hoc lemmate.*

IN TENEBRIS CLARIOR.

*J'ay plus d'éclat dans les tenebres.*

Pro inſignibus habent cornua creſcentis Lunæ, qui ſunt ex ſtirpe Piccolominiorum.

*CXLII. Luna Soli obverſa.*

POR TI MI RESPLENDOR.

A te mihi ſplendor.

*C'eſt par vous que je brille.*

Epigraphe Hiſpanica lingua concepta eſt, ſymboli autem totius author eſt Saavedra.

*CXLIII. Sol & Luna.*

LUMEN IDEM.

*C'eſt la meſme lumiere.*

In Jeſum Chriſtum & ejus Eccleſiam.

*CXLIV. Luna regioni ignis elementaris vicina.*

ARCANO DEFENSA.

*Sa froidure ſecrete l'en defend.*

In aliquem, cujus temperamentum eſt tàm moderatum, ut nil violenti in ſe ſentiat.

*CXLV. Luna Soli oppoſita.*

SPLENDET, NON ARDET AB ILLO.

*Elle en reluit, mais elle n'en brûle pas.*

*CXLVI. Luna plena, nocte ſerena.*

MENTITA DIEM.

*Elle imite le jour.*

En hypocriſeos figuram.

*CXLVII.*

CXLVII. *Luna cum Sole conjunƈta, quando non creſcit.*

CELAT QUOS ACCIPIT IGNES.

*Elle cache les feux qu'elle reçoit de luy.*

In affeƈtum latentem.

CXLVIII. *Luna Soli oppoſita direƈteque lumen ſuum accipiens.*

OBLIQUOS NON ACCIPIT IGNES.

*Elle ne reçoit point de feux obliques.*

In quendam, qui præter officium ſuum nihil aliud præſtare poterat.

CXLIX. *Luna Cœlum illuminans & Sol oriens.*

INVIDE QUO PROPERAS?

*Envieux ou vas tu ſi viſte?*

CL. *Luna à Sole lumen recipiens, quod cum Terra communicat.*

ACCEPTUM MITTIT.

*Elle rend ce qu'elle en reçoit.*

CLI. *Luna occidens.*

ORIETUR ALIBI.

*Elle ſe levera ailleurs.*

In alicujus mortem, qua ex hac vita in aliam transfertur.

CLII. *Luna.*

TERRÆ COELOQUE.

*Elle luit pour la Terre, & brille pour le ciel.*

CLIII. *Cùm Maria de Medicis ſe eo conferret, ut Henrico* IV. *matrimonio jungeretur, pingebatur à Bargaglio Luna Soli appropinquans, hoc lemmate.*

JUNGI PROPERAT.

*Elle ſe hâte d'approcher de luy.*

CLIV. *Idem in hoc connubium effingebat quoque* L*unam hac inſcriptione.*

CONSPICUA QUA CONSPICIT.

*Tout ſon éclat luy vient d'en être regardée.*

CLV. *In reditum Reverendiſ. Picolominii Archiepiſcopi Sinenſis exhibebatur Luna occidens, hac epigraphe.*

IN REDITU GRATIOR.

*Son retour la rend plus agreable.*

CLVI. *Luna durante nocte.*

POST LUMINARE MAJUS.

*Aprés du Soleil elle a plus d'éclat.*

In S. Virginem, cui poſt Chriſtum omnis à fidelibus exhibetur reverentia.

CLII. *In Ludo quodam equeſtri eques quidam, cui nomen erat de Celeri Reditu, ſymbolum ſibi formabat ex* L*una oriente.*

REDIT & ITERUM.

*Elle retourne encore.*

CLVIII. *Quidam Pater ardentibus optans votis Filii ſui videre promotionem perfectam, ſymbolum conſtituebat, cujus corpus erat Lunæ creſcentis cornu, addens.*

DA PLENUM CERNERE LUMEN.

*Faites-nous voir toute vôtre lumiere.*

CLIX. *Luna plena.*

AT OPACA SUPERNE.

*Mais du côté du Ciel, elle n'eſt que tenebres.*

In Fœminam quandam eruditam, at hæreſi inquinatam.

CLX. *Luna Soli oppoſita.*

DA TE CHIAREZZA E NON ARDORE JO PRENDO.

Tuum ſplendorem ſine ardore.

*Je reçoy vôtre éclat, ſans prendre vos ardeurs.*

Ejuſdem Argumenti eſt cum CXLII. Lemma tantum alia lingua eſt expreſſum.

CLXI. CLXII. *Duo etiam ſunt compoſita ex conjunctione Lunæ cum Sole, quo tempore plane non apparet. Lemma prioris eſt.*

OBSCURATUR DUM JUNGITUR.

*Elle perd ſon éclat, quand elle s'en approche.*

*Poſterioris.*

OBSCURATUR AT JUNGITUR.

*Elle perd ſon éclat, mais elle s'en approche.*

CLXIII. *Luna unum tantum cornu exſerens, cujus apices multo lumine ſplendent.*

ETIAM FULGET APICIBUS.

*En ſes extremitez, ce n'eſt que lumiere.*

In quendam, qui in rebus etiam viliſſimis ſummam exactitudinem oſtendit.

CLXIV. *Quidam Academicorum ſub nomine* Errantium, *in ſymbolum ſibi eligebat Lunam, cujus imago reddebatur in pelve aqua repleta cum ſubſcriptione.*

QUAMVIS IN EXIGUO.

*Quoy qu'en petit elle paroit entiere.*

Quo modeſtia ductus ingenii ſui imbecillitatem innuebat, cujus quamvis bene gnarus fidelem tamen ſe præbere volebat in exercitiis Academicis.

CLXV. CLXVI. *Duplici etiam ſymbolo depicta eſt vita humana, cujus adverſa deſinunt in proſpera, proſperaque in adverſa; unum pro corpore habebat Lunam.*

DESINIT UT CRESCAT.

*Elle décroiſt pour croiſtre.*

*Alterum Lunam plenam.*

CRESCIT VT DESINAT.

*Elle croiſt pour décroiſtre.*

CLXVII *Luna inter ſtellas.*

PRÆSTAT TOT MILLIBVS VNA.

*Elle a plus d'éclat elle ſeule, que mille qui luiſent auprés d'elle.*

In

In illuſtrem fœminam, quæ virtute, meritis, & æſtimatione cæteras in aula quaſvis ſuperabat.

CLXVIII. *Luna.*

FULGET & ALGET.

*Elle brille, mais elle eſt froid.*

CLXIX. *Cùm Cardinalis Creſcentius, cujus inſignia erant creſcentis Lunæ cornua, ſignificare vellet, quod omne ſuum decus deberet Papæ Sixto V. unum pro ſymbolo creſcentis* Lunæ *aſſumebat cornu cum Sole, & hoc lemmate.*

ASPICE CRESCAM.

*Je croiſtray ſi vous me regardez.*

CLXX. *Luna deficiens.*

DEFICIO DUM PERFICIOR.

*Je perds tout mon éclat, lorſqu'il eſt plus parfait.*

In quendam, qui videbatur ad ſummum jam honoris faſtigium poſſe pervenire, fortunæ autem malignitate repentè deturbabatur.

CLXXI. *Luna creſcens.*

INTEGRA TAMEN.

*Elle eſt pourtant entiere.*

Sui ſemper ſimilis eſt quà figuram Luna, quamvis non eadem nobis omni tempore appareat. Pari modo homines inveniuntur, qui maſcula virtute ſemper excellunt, calumniis autem nunquam non impetuntur.

CLXXII. *Luna nova.*

RURSUS POST TENEBRAS.

*Aprés l'obſcurité, je reprens ma lumiere.*

CLXXIII. *P. Gambertius magnum conſcripſit volumen de ſolennitatibus funebribus, quibus honorabatur Franciſcus d'Eſte Dux Mutinenſis cui interſperſa ſunt multa ſymbola, quorum corpus eſt Luna.*

*Luna ſuper mari agitato.*

MOTAS EXASPERAT IRAS.

*Elle en excite la colere.*

Quo depingebatur animus hujus Principis ardens, quo contra Turcas pugnabat, qui Lunam pro inſignibus habent. Lemma ex Ovidio eſt, apud quem extat lib. 5. Metamorph.

CLXXIV. *Luna plena.*

MOX DISPARE FORMA.

*Elle changera bientôt de forme.*

In alicujus levitatem. Epigraphen habet Claudianus.

CLXXV. *Luna plena.*

QUID AMPLIUS OPTET?

*Qu'a-t-ell a deſirer, que d'être ainſi toûjours?*

CLXXVI. *Luna cum verbis Virgilii.*

MENTIRI DIDICIT.

*Elle trompe toûjours.*

In hypocriſin, cujus ſymbolum eſt Luna.

CLXXVII.

CLXXVII. *Luna.*

ACCIPIT HAUD REDDIT.

*Elle reçoit & ne rend rien.*

In animum ingratum. Luna nihil reddit Soli, à quo ſplendorem ſuum obtinet omni luce carens.

CLXXVIII. *Primum Lunæ cornu, quando apparere incipit cum verbis Martialis.*

PROPIUS VIDET.

*Elle le voit de plus prés.*

De Sole hoc lemma agit, quod in ſimplices quadrat animas, quæ, etſi nihil videantur habere ſubtilitatis, à Deo tamen propius inſpiciuntur, qui talibus ſummopere delectatur, iiſque ſe manifeſtari gaudet.

CLXXIX. *Luna plena, quando procul à Sole eſt, cum verbis Martialis.*

ET PRETIUM DISTANDO FACIT.

*Elle accroiſt ſa lumiere, en s'éloignant de luy.*

CLXXX. *Luna tenebris obortis.*

EXORTUM EST IN TENEBRIS LUMEN.

*Elle vient éclairer les horreurs de la nuit.*

Elogiorum & ſymbolorum in Sanctos Abatiæ S. Genofevæ Pariſienſis Author fecit hoc in Sanctam Clotillidem, quam ad fidem perduxerat Cloveus.

CLXXXI. *Luna.*

EO UNDE LUCET.

*Elle tourne ſes regards, vers la ſource des lumieres.*

In animum gratiarum referendarum ſtudioſum.

*CLXXXII. Luna.*

A SOLE DECUS.

*C'eſt du Soleil que luy vient ſon éclat.*

*CLXXXIII. Luna.*

CUM LUCE VIRES.

*Sa force eſt jointe à ſa lumiere.*

Quia in lumine Lunæ omnis ejus poſita eſt virtus & influxus, eleganter nobis exprimit ingenii vim, quæ quoque tota in lumine & penetratione conſiſtit.

*CLXXXIV. Luna cum verbis cujuſdam Hymni.*

VULTU NITENTIS SIDERIS.

*Par les regards, de l'Aſtre qu'il eclaire.*

*CLXXXV. Luna quà ſpectat terram, tenebris obvoluta.*

QUA COELUM SPECTAT LUCIDIOR.

*Mais du côté du Ciel, elle eſt plus lumineuſe.*

*CLXXXVI. Academia, quæ Brixiæ eſt ſtabilita ſub nomine* Errantium, *pro generali ſuo ſymbolo gerebat Lunam cum hujuſmodi inſcriptione.*

NON ERRAT ERRANDO.

*En errant, elle n'erre point.*

CLXXXVII. *Academicus quidam Piſtorienſis in Academia* Revelatorum *idem habebat corpus, ſed aliud lemma.*

ERRAT INERRANS.

*Elle erre ſans errer.*

CLXXXVIII. *Luna.*

NON VULTUS NON COLOR UNUS.

*Elle change de face, & change de couleur.*

In quendam, qui non agit ſincerè.

CLXXXIX. *Luna occidua, & Sol oriens, cum verbis cujuſdam Hymni.*

CEDIT DIURNO SIDERI.

*Elle cede à l'Aſtre du jour.*

In S. Johannem Baptiſtam, qui finem prædicationi ſuæ imponebat, cùm Filius Dei prædicare inciperet.

CXC. *Luna plena procul à Sole.*

TANTO SI SCOSTA PIV, QVANTO PIV SPLENDE.

Quo remotior, eò lucidior.

*Plus elle a de lumiere, & plus elle s'éloigne.*

In quendam, qui quo magis ſe alicujus conſortio detrahit, eò majora in ſe derivat bona, famamque meliorem & illuſtriorem reddit.

*CXCI. Luna, cujus ſcintillationes priores incipiunt erumpere, antequam ipſa oriatur.*

NONDUM NATA NITET.

*Elle brille deja devant que d'être née.*

In S. Virginem, cujus conceptio gratiâ fuit plena.

*CXCII. Luna deficiens cum verbis Claudii.*

RADIOS INTERCIPIT ORBIS.

*La terre à ſes regards m'eſt un facheux obſtacle.*

Mundus impedimento eſt, quominus Deum videamus.

*CXCIII. Luna Solem adſpiciens cum verbis Catulli.*

SPECTANDO EXPLETA EST.

*C'eſt en le regardant, qu'elle ſe remplit de ſes lumieres.*

Quo deſcribitur mens, quæ Dei magnitudinem ſpeculatur.

*CXCIV. Sol & creſcentis Lunæ cornua.*

IN IPSVM CORNVA NVNQVAM.

*Ce n'eſt pas contre luy, qu'elle tourne ſes cornes.*

In aliquem, qui à Principe ſuo nunquam deſciſcit.

*CXCV. Luna.*

SVB JOVE CLARIOR FRIGIDO.

*Dans les temps les plus froids, elle a plus de lumiere.*

*CXCVI.*

CXCVI. *Luna.*

GRATIA E DOLCEZZA OVVNQUE INTORNO GIRA.

Gratia ſuavitaſque quocunque reſpicit.

*Grace & douceur, ou tournent ſes regards.*

In affabilitatem ſuaveſque cujuſdam Principis mores.

CXCVII. *Luna.*

MUOVE LEGGIADRAMENTE I PASSI SUOI.

Motus agilis, paſſus feſtivi.

*Ses pas ſont meſurez, ſes demarches ſont belles.*

In Fœminam, quæ commodè ſaltabat.

CXCVIII. *Luna plena.*

DI BEL SERENO ADORNA.

Omne ex facie ſerena decus.

*Un viſage ſerein, eſt ſon bel ornement.*

CXCIX. *Luna plena.*

OGNI SUA GRATIA ADUNA.

Gratia omnis collecta.

*Elle raſſemble ainſi, tout ce qu'elle a de beau.*

CC. *Quidam celebris controverſiarum de rebus ad Religionem pertinentibus Scriptor Eccleſiam effingebat ſub ſymbolo Solis, qui nunquam mutatur, hæreſin autem ſub imagine Lunæ, quæ ſemper mutatur.* Soli *adſcripſerat hunc verſum:*

MILLE ET SEXCENTIS EST INVARIABILIS ANNIS.

*Depuis ſeize cents ans, il eſt toûjours le meſme.*

Lunæ autem :

MILLE ET SEXCENTIS FACIES CENTUM INDUIT ANNIS.

*Elle change en cents ans, plus de ſeize cents fois.*

Applicatio idcirco plus ingenii habet, quod initio decimi ſeptimi ſeculi excogitatum ſit, quo tempore Eccleſia mille & ſexcentos annos floruerat, quod hic eadem opera innuitur ſenſuque ambiguo ; Latini quippe pro tempore indefinito habebant numerum mille & numerum ſexcenti, qui invicem conjuncti conſtituebant mille & ſexcentos.

CCI. *Luna creſcentis cornu.*

FOECUNDO LUMINE CRESCIT.

*Sa lumiere feconde augmente chaque jour.*

In quendam, qui indies ingenii dotes magis magiſque exſerit, novoſque ejus ſubinde in publicum dat fœtus.

CCII. *Luna* Soli *oppoſita.*

TE RADIANTE CORUSCO.

*C'eſt par vous que j'ay de l'éclat.*

Quod eſt ſymbolum cujuſdam, qui profitetur, ſe alii cuidam omne ſuum debere decus haud ſecus ac Lunam, quæ Soli debet omnem ſuum ſplendorem.

CCIII.

CCIII. *Primum creſcentis Lunæ cornu.*

INCIPIT AB OCCASU.

*Elle commence à paroître, du côté du couchant.*

Mors novæ vitæ initium eſt.

CCIV. *Academicus luminoſus ex Academia* Errantium *habebat Lunam plenam, quæ oriebatur Sole occidente hac ſubſcriptione.*

GRATA VICISSITUDINE.

*C'eſt une agreable alternative.*

In quendam, qui in alicujus locum & honorem ſuccedit.

CCV. *Abbas Ferro exprimere volens, gratiam, qua afficiebatur à Papa Urbano* VIII. *Cardinalis Franciſcus Barbarinus, non impedimento eſſe, quin ejus rivuli etiam in alios ſe effunderent, Lunam pingebat, quæ lucem à Sole accipiens non impediebat, quominus eandem aliis largiter præberet.*

ACCIPIT NON ADIMIT.

*Ce qu'elle reçoit ne nuit point aux autres.*

CCVI. *Idem cùm effingere vellet aliquem magna authoritate in Provincia ſuâ pollentem, quam eandem non habebat in Aula Principis ad latus, Lunam pingegebat Soli proximam, ubi lumen ſuum reſpectu terræ amittit.*

PROPIOR LUMINA PERDIT.

*En s'approchant elle perd ſon éclat.*

Lemma ex Boetio eſt, qui de hoc ſidere ſermonem faciens inquit: *Phœbo propior lumina perdit.*

CCVII. *Luna.*

IN EODEM SISTERE NESCIT.

*Elle ne peut garder la meſme fortune.*

In animum inconſtantem.

CCVIII. *Luna.*

CRESCIT, DECRESCIT.

*Elle croiſt & decroiſt.*

Imago noſtræ vitæ volubilitatiſque fortunæ.

CCIX. *Luna plena.*

EOVM OCCIDUUMQVE OCEANVM VERSAT.

*Son empire s'étend, ſur l'une & l'autre mer.*

In præfectum claſſis.

CCX. *Luna.*

ILLVMINANS NOCTEM.

*Elle éclaire la nuit.*

CCXI. *Primus Lunæ apex.*

MINIMO CONTENTVS OBERRO.

*Me contentant de peu, je paſſe mon chemin.*

CCXII. *Luna.*

NVNQVAM QVO PRIVS ORBE MICAT.

*Jamais le meſme état, ny la meſme figure.*

Epigraphe Ovidii eſt & ad hominum inſtabilitatem referri poteſt.

CCXIII. *In Obitum Cardinalis Infantis Ferdinandi Auſtriaci, Fratris Philippi* IV. *Regis Hiſpaniæ exhibebatur Luna in medio ſtellarum, cum his verbis Claudiani.*

SIDEREÆ CEDVNT ACIES.

*Tous les autres Aſtres luy cedent.*

CCXIV. *Luna oriens.*

ET REDIT FRIGIDA.

*Elle retourne auſſi froide qu'auparavent.*

CCV. *Luna nocturno tempore.*

TUTUM LUX TUA PANDIT ITER.

*Sa lumiere nous ſert à trouver le chemin.*

In librum Patr. Grenade, quem inſcripſit *Ducem peccatorum.*

CCXVI. *Luna occidua.*

MORIOR UT ORIAR.

*Je meurs pour revivre.*

CCXVII. *Luna.*

SOLIS CORUSCA LUMINE.

*C'eſt du* Soleil *qu'elle tient ſa lumiere.*

CCXVIII. *Luna in medio ſtellarum.*

LA CONOCEN POR SENORA.

Reginam ſuam fatentur.

*Ils la reconnoiſſent pour leur Reine.*

In honorem Reginæ Hiſpaniæ, cum Madritum intraret.

CCXIX. *Lunæ creſcentis cornu* Solem *reſpiciens.*

LUMINIS UNDE SATIS QUO TOTUM COMPLEAT ORBEM.

*Il en tire aſſez de lumiere.*
*Pour remplir toute ſa carriere.*

In Sereniſſimum Delphinum, cui tantum gloriæ a glorioſo Patre accedit, ut omnium ad ſe trahat oculos.

*CCXX.* *Luna in medio ſtellarnm.*

LOS GRANDES L'ACCOMPANAN Y LOS PEQVENOS.

Comitantur majores minoreſque.

*Les grands & les petits, accompagnent ſa marche.*

In illuſtrem Reginæ Hiſpaniæ introitum Madriti, quem ſua præſentia ornabant non tantum Proceres Regni, ſed & populus cujuſvis conditionis & artis.

*CCXXXI. CCXXXII. Papa Pius Secundus ex ſtirpe Piccolominiorum Sinenſium erigi juſſerat eadem in urbe Tugurium in familiæ ſuæ grande decus, cum introitum ſuum faceret Aſcanius Piccolominius Archiepiſcopus Sinenſis, in quo magnificò ornatu illum expectabant ſeptuaginta ejuſdem familiæ Nobiles; cujus alterum latus inſignium Pii* II. *quæ erat figura Crucis quin-*

*quinque Lunæ cornibus onerata, decorabant Lunæ creſcentis cornu & hoc lemmate.*

OLIM PLENA.

*Elle a eſté pleine cy-devant.*

Quo alludebant ad Pontificatum Pii II. & Pii III. qui eadem ſtirpe erant prognati.

*Alterum inſigniebant Lunâ Soli proximâ & hac inſcriptione.*

PLENILUNIO PROXIMA.

*Elle approche de ſa plenitudine.*

Quo Aſcanium Piccolominium cognatum ſuum honorabant, eumque Pontifici ſummo proximum eſſe innuebant.

*CCXXIII. Eadem in celebritate adhuc alia comparebant ſymbola, quæ eodem corpore gaudebant.*

*Luna Soli oppoſita.*

RECTO INTUITU.

*D'un regard toûjours droit.*

In mentis conſiliique integritatem.

*CCXXIV. Luna.*

ET IPSA TENEBRAS TOLLIT.

*Elle auſſi chaſſe les tenebres.*

*CCXXV. Luna plena.*

TANDEM ORBEM IMPLEVIT.

*Enfin elle a rempli ſon cercle de lumiere.*

CCXXVI. *Qui verſibus gallicis decoravit introitum Marchionis de Ferrer, Legati Ducis Sabaudiæ, Pompæ hujus deſcriptionem quibuſdam etiam ornavit ſymbolis, quorum unum, cujus pictura eſt Luna, cui adſcriptum.*

LUX ALTERA MUNDI.

*De ce vaſte univers, la ſecunde lumiere.*

Quod ad Regiam Conjugem Sabaudiæ trahebat, quæ omni virtutum genere lectiſſimiſque ornamentis ingenii eſt ornata, digniſſimaque ſummo loco, ad quem meritum ejus juxta ac nativitas eam evexit. Author hujus ſymboli alludit ad ſymbolum Regis, quod eſt Sol, nullamque parem poſt Regem habere orbem innuit.

# ASTRA SUB FIGURIS CUM HUMANIS, TUM PROPRIIS.



Non eſt exiguus eorum ſymbolorum numerus, in quibus aſtra nobis ſub figuris humanis exhibentur. Philippum II. Regem Hiſpaniæ geſſiſſe Solem currui, quem Equi trahebant, inſidentem, cui adſcriptum erat: ILLUSTRABIT OMNIA; in illis recenſuimus, quæ pro corpore habent Solem. Porrò extare eorum nonnulla

certum eſt, quæ ita repræſentari debent, uti ea ſunt omnia, quorum lemmata ſpectant ad equos hujus ſideris, qui ad currum ſunt juncti.

I. HERILES AGNOVERE SONOS.

*Ils reconnoiſſent la voix de leur Maitre.*

Hæc eadem figura inſigniter quadraret ad figuram Solis, hoc lemmate, *Nuſquam meta mihi*, vel; *Nec citra nec ultra*. Quia in uſu erat priſcis (ut cum Poeta loquar) curriculo pulverem Olympicum colligere, metâque fervidis evitatâ rotis evehi ad Deos, quò hæc lemmata alludunt. Solent etiam eadem figura nonnunquam inſignire ſymbolum Regis.

II. *Sol curru ſuo Oceanum petens.*

UT ALTERUM NUNC ORBEM.

*Pour aller éclairer un autre monde.*

Quod ſymbolum Neapoli apparebat in exequiis Philippi II.

III. *Dom. de Balſac ſymboli loco habebat Solem, viam ſibi per nubes & nebulas ſtruentem.*

VIAM FACIET, AUT INVENIET.

*Il ſe fera paſſage, ou le trouvera fait.*

IV. *Rege Pariſios redeunte rebus compoſitis, Regina exhibebatur ſub imagine Auroræ & Rex ſub figura Apollinis, vel Solis ſuper ſuo curru, cum verbis Virgilii.*

MATRE DEA MONSTRANTE VIAM.

*Sa Mere luy frayant un chemin lumineux.*

V. *Rebus Gallorum vehementer afflictis, nummum cudi juſſit Carolus Emanuel Dux Sabaudiæ Marchionatum Saluttarum invadens, in quo exhibebat Centaurum cœleſtem, cujus ad pedes projecta erat Corcorona, quod ſideris nomen eſt, hac epigraphe adſcripta.*

OPPORTUNE.

*Ayant trouvé l'occaſion.*

Quo ſignificare volebat ſe coronam illam, quam occaſio dabat, arripere, cùm adempta eſſet ſibi eâ ortâ rerum maximâ perturbatione, quæ ad ſe ſpectaret.

VI. *Cui reſponſurus Henricus Stephanus nummulis æreis inſculpi juſſit poſituram Herculis ſub figura humana, Centaurum illum deturbantis hac inſcriptione addita.*

OPPORTUNIUS.

*Plus à propos.*

VII. *Cùm Urſinorum domus admodum devinctum teneret Antonium & Aſcaninm Perſium, qui ſe in tutelam Ducis de Gravina dederant, pro ſymbolo hi duo conſtituebant conſtellationem Perſei, ſub figura humana, qui ſe ſubmittebat Urſæ minori, his verbis Græcis:*

ΥΠΟ ΤΗΣ Α'ΑΙΕΝ.

Sub hac ſemper.

*Toûjours au deſſous d'elle.*

Quo egregie alludebant non ad ſuum tantum nomen, ſed etiam ad familiam Urſinorum, cui ſubeſſe magno ducebant ſibi honori.

VIII.

*VIII. Plurima conſpicua erant ſymbola, emblemataque, cùm in matrimonium duceret Sebaſtianus de Volucza Wolucki, Dux præſtantiſſimus de Rava in Polonia* Suſannam *Owadouskam, quorum titulus ita erat deſcriptus.*

Sphinx Samſonica de Illuſtriſſima Urſinorum Sarmaticorum, ſeu Ravitarum & Duninorum gente.

*Ex ſymbolis unum erat, quod picturæ loco complectebatur ſignum Virginis, ſub figura humana, cum verbis Virgilii.*

JAM REDIT & VIRGO.

*Et la Vierge retourne.*

IX. *Juſtis Thomæ Principi* Sabaudiæ *factis, Turini exhibebatur exequiarum monumentum, ubi ſub figuris humanis depicti erant plurimi Planetæ &* Stellarum *poſituræ ac cum primis quidem Luna, Jupiter, Mars, Mercurius, Saturnus, Hercules, Perſeus, &c.*

*Lemma Herculis erat:*

VISSE FVMOSO HOR GLORIOSO SPLENDE.

*Jovis epigraphe habebat.*

TE MVTO IN GVERRA, E RIVERITO IN PACE.

Verum enim verò cùm potius mereantur Emblematum titulum omnia, quàm ſymbolorum, iis recenſendis jam ſuperſedebimus ſub Emblematum titulo aliquando in conſpectum reducendis.

X. *In honorem Reginæ Mariæ de Medicis in numiſmate quodam exhibebatur Navis Argo in Cœlum tranſlata*

*atque Heroibus repleta, qui aureum vellus ibant oppugnatum.*

SERVANDO DEA FACTA DEOS.

*En conſervant les Dieux, j'ay merité le Ciel.*

Quo magnam ejus celebrabant curam Infantum, quorum tutelam in ſe receperat.

XI. Sol *occiduus.*

ALVMBRA EN OTRO CIELO.

Lucebit alibi.

*Il va briller ailleurs.*

In quendam, qui commune patriæ ſolum mutat.

*XII. Sol in medio Arietis & Libræ.*

ÆQVALIS VBIQVE.

*Egal par tout.*

Quod concinnatum eſt in Dom. Seguerium Galliæ Cancellarinm.

XIII. *Pat. Gambertus virtutes maximas Ducis Mutinenſis celebraturus in exequiis ejus, multa ſub figuris humanis adhibuit ſidera. Inter ea erat Hercules, cum his verbis Martialis.*

JUVAT IPSE LABOR.

*Je vois de mes travaux les ſuccez glorieux.*

XIV. *Idem, adſcripto lemmate.*

NVNQVAM SVCCVBVIT.

*Par tout victorieux, & par tout invincible.*

XV.

*XV. Orion, inſignis Venator.*

INSONTES IRÆ.

*Une belle colere allume ſon courage.*

XVI. *Perſeus cum capite Meduſæ.*

GRATUS TERROR.

*Il eſt également agreable & terrible.*

Pari ratione & aliis ſideribus tribuuntur figuræ, quas ab Aſtronomis obtinuerunt; quippe difficulter admodum dignoſci poſſent ex nuda ſtellarum illarum diſpoſitione, quæ ſidus aliquod conſtituunt.

XVII. *Hinc etiam Pegaſum pingebat Pat. Gambertius addita epigraphe.*

MUSIS AMICUS.

*Il eſt amy des Muſes.*

XVIII. *Signum Leonis ſub ejuſdem animalis figura repræſentabat.*

ET LUMEN & ARDOR.

*Et lumiere & chaleur.*

Quibus ornamentis plerumque eminent Viri magni.

XIX. *Phœnix Cœleſtis.*

FUNERIBUS PRETIOSA SUIS.

*Icy d'aucune mort, ie ne crains les atteintes.*

XX. *Columba Cœleſtis.*

PROCUL OMNIS IRA.

*Point de fiel ou regne la Paix.*

XXI.

XXI. *Corona Cœleſtis.*

ÆTERNUM DECUS.

*Sa gloire eſt eternelle.*

XXII. *Idem aliud adornavit ex Aquila, cum lemmate ex Ovidio deſumpto.*

NULLA POTEST DELERE VETUSTAS.

*Elle ne peut icy vieillir, ny ſe detruire.*

Quo alluditur ad domum d'Eſte, cujus inſigne eſt Aquila.

XXIII. *In obitum cujuſdam celebris venatoris effingebatur Canis coeleſtis hac epigraphe.*

QVIETE CORVSCA.

*Il joüit maintenant d'un illuſtre repos.*

*XXIV. Ad exequias Philippi* IV. *Regis Hiſpaniæ decorandas, quæ celebrabantur Mediolani à Patrib. Barnabitis, navis pingebatur à portu ſolvens & ſuper eam Conſtellatio Virginis.*

HAC DVCE TVTA VIA.

*On ne peut qu'être heureux, ſous ce guide fidele.*

Quo exprimebant reverentiam, quam hic Rex habuerat S. Virgini.

*XXV. Præter ea adhuc viginti ſiderum poſituræ efformatæ ſunt ſub figuris ſuis communibus à Pat. Gambertio.*

*Sol in ſuo curru.*

NO-

NOMEN CVRSIBVS ADDIT.

*Il s'acquiert de l'honner, par ſes courſes illuſtres.*

In quendam, qui magnam ſibi itineribus ſuis acquiſiverat æſtimationem.

*XXVI. Signum Libræ cum eo ſidere, à quo continetur.*

SIDERUM MAGNUM DECUS.

*C'eſt l'honneur du Ciel & des Aſtres.*

Juſtitiæ adminiſtratio magno honori eſt Monarchis, ſubditis ingenti emolumento.

XXVII. *Libra Coeleſtis.*

ÆQUATO EXAMINE.

*Juſte toûjours également.*

In Magiſtratum.

XXVIII. *Ara coeleſtis.*

CONFESSA DEUM.

*Elle procure à Dieu, le culte qu'on luy doit.*

In Perſonam quandam ingenti Religionis ſtudio flagrantem.

XXIX. *Hercules cum verbis Senecæ.*

VICTOR E COELIS MEOS SPECTO LABORES.

*Il regarde du Ciel, mes travaux glorieux.*

In S. Ludovicum.

XXX. *Perſeus.*

ADDITUS COELIS HONOS.

*Il*

*Il fait honneur au Ciel.*

XXXI. *Plurima Sidera ſub animalium terribilium forma.*

TELLUS IN COELO VIDET QUÆ TIMUIT.

*La terre voit au ciel, ce qu'elle a redouté.*

In Victoris cujuſdam obitum.

XXXII. *Hercules.*

LOCUM VIRTUS HABET INTER ASTRA.

*La vertu trouve place, & tient rang dans le Ciel.*

XXXIII. *Aſtræa.*

NOBIS TE REGIA COELI INVIDET.

*La Ciel la renviè ſur nous.*

In obitum cujuſdam Perſonæ virtutibus multis ornatæ.

XXXIV. *Cygnus.*

SINE LABE ARGENTEUS ARDOR.

*Son éclat eſt ſans tache, & brille comme l'or.*

In quendam, cujus virtus eſt inſignis ac ſine labe.

XXXV. *Draco Coeleſtis.*

AD NULLAM REQUIEM FACILIS.

*Il eſt toûjours veillant, & ne repoſe point.*

In Miniſtrum fatigari neſcium.

XXXVI. *Gemelli.*

PATREM REFERUNT.

*Ils reſſemblent leur Pere.*

In duos Infantes morum paternorum ſtrenuos imitatores.

XXXVII. *Leo coeleſtis.*

PLUS NOBILIS IRÆ.

*Un plus noble courroux anime ſon ardeur.*

In quendam victorem, qui pro Deo atque Religione ſuſcepit bellum.

XXXVIII. *Grus Coeleſtis.*

INSOMNES NOCTES.

*Elle veille toutes les nuits.*

In aliquem, qui noctem tranſigit vel precibus fundendis, vel ſtudiis incumbendo.

XXXIX. *Urſa coeleſtis.*

NUNQUAM LATET.

*Elle n'eſt jamais cachée.*

XL. *Urſa minor.*

CERTA NAUTIS.

*Elle eſt aux Matelots un guide toujours ſeur.*

XLI. *Pat. Friſon Poëmata ſua conſecraturus Reverendiſſ. Epiſcopo Monaſterienſi pingebat Lyram coeleſtem hac inſcriptione.*

INSIGNIS SLENDORE SONOQUE.

*Par*

*Par l'éclat & le ſon, on peut me diſtinguer.*

Quod ad hunc Principem Eccleſiaſticum ſpectabat, quem inſignem faciebat non tantum ejus Nativitas, verum & eruditio, quam haud vulgarem in Poëſi cum primis oſtendebat.

XLII. *Scorpio.*

NESCIA VENENI.

*Il n'a point de venin.*

XLIII. *Stella Polaris in cauda Urſæ minoris.*

OMNIS MOTUS EXPERS.

*Elle eſt ſans mouvement.*

In animum tranquillum.

XLIV. *Urſa coeleſtis.*

DUM VERSATUR ERIGITUR.

*Elle ſe leve, quand elle ſemble tomber.*

XLV. *Eridanus.*

NULLAS CONFESSUS MURMURE VIRES.

*Il fait ſentir ſa force, & ne fait point de bruit.*

In aliquem, qui verborum eſt perparcus, rem tamen ad effectum impigre perducit.

XLVI. *Centaurus Chiron.*

NUNQUAM SIBI VIRIBUS IMPAR.

*Toûjours forces égales.*

**XLVII.** *Saturnus cum duabus ſuis Lunis.*

INDE CAPIT VIRES.

*Quand ils ſont joints à luy, ſa force eſt bien plus grande.*

In Principem, qui fœderatorum ſuorum copiis auxiliaribus utitur.

**XLVIII.** *Conſtellatio Crucis, quæ ad Polum Antarcticum eſt, uti Urſâ ad illam.*

NOVUM PANDIT ITER.

*Elle montre aux Nochers, une nouvelle route.*

Crux eſt fidelium ad ſalutem certiſſimus dux.

XLIX. *Hercules.*

CONTULIT COELO DECUS.

*Elle fait dans le Ciel, un nouvel ornement.*

In quendam Sanctum.

L. *Pegaſus.*

DAL PARNASSO ALLE STELLE.

Ex Parnaſſo ad Stellas.

*Du Parnaſſe aux Etoiles.*

In Poëtam, qui Poëtarum choro inſertus ſublimi ferit ſidera vertice.

LI. *Triangulus coeleſtis.*

SICURO DELLE OFFESE.

Extra offenſionem.

*Rien ne me peut detruire.*

LII. *Delphinus coeleſtis.*

TEMPESTE APPORTO.

Tempeſtatem adfero.

*J'apporte les tempêtes.*

In Ludovicum XI. qui cauſa erat magnarum turbarum, cùm adhuc Delphini honorem ſubiret.

LIII. *Corona coeleſtis.*

DEGNA DEL CIELO.

Cœlo digna.

*Elle eſt digne du ciel.*

LIV. *Cygnus.*

QUI FULMINI NON TEMO.

Fulmina haud tremo.

*Icy je ne crains plus, ny les vents ny la foudre.*

LV. *Hercules.*

QUANTE IN LUI SON VIRTU, SON TANTE STELLE.

Quot ipſi virtutes, tot ſtellæ micantes.

*Ces vertus dans le Ciel, ſont des Aſtres brillans.*

In virum Sanctum.

LVI. *Gemelli.*

IL PARE MERTO LOR DEGNO E DI STELLE.

Ambo virtute Coelo digni.

*Tous deux par leurs vertus, ont merité le Ciel.*

In S. Coſmum & S. Damianum Fratres germanos.

LVII. *Urſa Coeleſtis.*

SEMBIO FUOCO E TUTTA SON GELO.

Calidiſſima ſpecie, frigidiſſima reapſe.

*Il n'eſt rien de ſi froid, & je parois tout feu.*

LVIII. *Hercules, Perſeus & Argonavis.*

E DOPO L'ARMI, IN CIEL PACE HAN GLI EROI.

Alma poſt certamina heroibus in Cœlo requies.

*Dans le ciel les Heros,*
*Aprés tant de combats joüiſſent du repos.*

LIX. *Iidem.*

EGUAL E LA VIRTU PARE L'ONORE.

Idem ejuſdem virtutis præmium.

*D'une égale vertu, la meſme recompenſe.*

LX. *Cygnus coeleſtis.*

E GODE QUI BEATO AURA FELICE.

Gaudet aura felici.

*C'eſt la qu'un air plus doux luy fait de doux plaiſirs.*

In eruditum, qui contemplationibus operam navaturus ſolitudinem quærit.

LXI. *Societate* JESU *Sedi Sacræ probata Feſto S. Coſmi & Damiani, Patres Flandrici inter ea ſymbola, quæ poſt unius Seculi ſpatium elapſum in confirmationis ejuſdem Societatis celebritatem erant adornata, exhibuêre Navem ſub ſigno Gemellorum, addita inſcriptione.*

FE-

FELICIBUS AUSPICIIS.

*Sous un aſpect heureux.*

LXII. *Simon Laurentius Veterani Comes de Montecalvo Cardinali Roſpiglioſi Papæ Clementis IX. Nepoti Opera Mathematica Pat. Taquet è Societate Jeſu dedicans, pingi curavit Cygnum coeleſtem juxta Lyram & Delphinum, his verbis ſubjectis.*

MICAT INTER OMNES.

*Il brille entre tous les autres.*

Hic Papa à S. Malachia dicebatur deſignatus, ubi memorat *ſidus oloris*, eratque ipſi antea nomen Julii Roſpiglioſi, quàm dignitas Pontificis ſummi ei deferretur, hinc *Julium ſidus* apud Horatium optimè in eum congruebat.

*LXIII. Argo Navis.*

NI UNDAS NI VIENTOS.

Nec undas nec ventos.

*Je ne crains plus ny les vents ny les flots.*

In Cœlo quies.

*LXIV. Conſtellatio Aræ.*

NUNQUAM DEFICIET.

*Le feu ſacre n'y manquera jamais.*

Quo alicujus celebratur in via virtutis conſtantia.

LXV. *Cùm Margareta Auſtriaca Philippi* III. *Regis Hiſpaniæ ſponſa ſolenniter Mediolani reciperetur, ejus in honorem pingebatur Aquila Coeleſtis plagam meridionalem reſpiciens, hoc lemmate.*

FIXA RESPICIT AUSTRUM.

*Et c'eſt la ſeulement que tournent ſes regards.*

Aquilam pro inſignibus ſuis habet hæc Civitas, unde hoc ſymbolo ſignificare voluiſſe in proclivi eſt quantopere eſſet domui Auſtriacæ addicta.

*LXVI. Currus Solis.*

CUM PHOEBO CIRCUIT ORBEM.

*Avecque le Soleil il fait le tour du monde.*

In quendam, qui multa itinera emenſus eſt.

*LXVII. Hercules.*

EXANTLATIS LABORIBUS.

*Aprés tant de travaux je joüis du repos.*

*LXVIII. Aquarius.*

COELESTES EFFUNDIT OPES.

*Des dons du ciel il repand l'abondance.*

*LXIX. Choreis quatuor tempeſtatum Anno* 1683 *ductis, idem ſidus gerebat Eques de la Canicule, hoc lemmate.*

NE PIU ARDENTE NE PIU FEDELE

Nemo flagrantior, nemo fidelior.

*Nul n'eſt plus ardent, ny plus fidele.*

*LXX. LXXI. Solemnibus, relato Sanctorum in numerum S. Carolo Borromæo, Mediolani Anno* 1610 *factis, duo ſymbola erant conſpicua, quorum utrumque pro pictura habebat Aquilam addita inſcriptione, alteri.*

IN-

INTER PONIT SIDERA NIDUM.

*Il a ſceu ſe placer entre les Aſtres.*

*Alteri:*

PRECES NON FULMINA MITTET.

*Au lieu de foudre, elle n'a que des Graces.*

LXXII. *Signum Tauri.*

IMMORTALIBUS IN PRÆSEPIIS.

*Il repaiſt dans le ciel ayant quitté la terre.*

In quendam cœleſtia contemplantem.

LXXIII. *Signum Aquilæ.*

MAINTENANT DE PLUS PRES ELLE VOIT LE SOLEIL.

Nunc propius adſpicit Solem.

Quod in Sanctum quadrat, qui Dei præſentiam oculis uſurpat in Cœlis.

# IGNES ERRATICI, COMETÆ ET VIA LACTEA.



I. *Cometa.*

NVNQVAM SPECTATVS IMPVNE.

*Jamais impunement on ne le void paroiſtre.*

In ſtrenuum Populorum domitorem.

II.

II. *Cometa.*

MVTAT REGNA NON AVFERT.

*Elle change les Royaumes, & ne les detruit pas.*

Quod ſymbolum in celebritate funerali Philippi IV. Regis Hiſpaniæ Mediolani comparuit, quo ſignificare volebant, ei per mortem non eſſe adempta Regna & coronam, ſed alia duntaxat data in Cœlo. Mortem ejus Cometa etiam præcedebat.

III. *Cometa.*

DEPASCENS OMNIA FVLGET.

*Elle n'a d'éclat que pour nuire.*

Quo cujuſdam ingenium deſcribitur, qui magna potentia & authoritate pollens, iis non niſi ad mala impune inferenda utitur.

IV. *Via Lactea.*

INNVMERÆ CONFLANT STELLÆ.

*Son éclat vient d'un grand nombre d'Eſtoiles.*

Hoc in exequiis Odoardi Ducis Parmenſis exhibitum fuit, notabatque ejus ſummum candorem, qui cùm naturalis ipſi eſſet, multarum virtutum cauſa extiterat. Poteſt quoque ad domum familiamque trahi, ex qua multi magni Viri ortum celebrem habuere.

V. *Cometa.*

IN FVLMEN COGI POTVISSET.

*Elle eut pû être un foudre.*

In quendam, cui minas fudiſſe ſat eſt, cùm puniendi ſit data occaſio.

VI.

VI. *Cometa.*

ARDEO DVM VIVO.

*Et je ne ſuis que feu, tout autant que je dure.*

In aliquem zelo magno flagrantem.

VII. *Via Lactea.*

SIGNAT AD ALTA VIAM.

*Elle montre aux mortels une route élevée.*

Non eſt via tutior, quâ in Cœlum tendatur, quàm charitas, quam Apoſtolus primis Chriſtianis adeo commendabat.

VIII. *Caſtor & Pollux ſuper nave adverſa tempeſtate jactata.*

SERENUM ERIT.

*Le calme reviendra.*

IX. *In obitum cujuſdam Amicorum ſuorum pingebat Alcibiades Lucarinus Ignes erraticos, quos & Helenam vocant, qui poſt adverſam tempeſtatem præſagiunt coelum ſerenum, quibus hæc verba adſcribebat.*

CUM LUCE SALUTEM.

Quo innuebat Amicum ſuum naufragium vitæ per mortem paſſum in Cœlo inveniſſe lumen gratum atque ſalutem.

X. *Iidem.*

TENEBRIS ORITUR LUX SACRA FUGATIS.

*Ces feux ſacrez, diſſipent les tenebres.*

Quod

Quod in converſionem S. Auguſtini adornaverunt ejus Ordinis aſſeclæ, qui Inſulis ſtudebant in Flandria ejuſque totam vitam ſymbolis deſcribebant.

XI. *Iidem.*

CERTA SALUS.

*C'eſt là nôtre Salut.*

Hoc Mediolani conſpicuum fuit, cùm in Sanctorum numerum referretur S. Carolus, cujus protectionem certam fore indicat.

XII. *Cometa.*

ELATUS FULGET.

*Quand il eſt élevé, quel éclat n'a-t-il pas?*

Cometa nihil aliud eſt quàm terræ exhalatio, quæ ſurſum lata ſideris præ ſe fert figuram. Hoc ſymbolo utebatur Johannes Beccarius, qui *Accèſi* vel Ardentis nomen gerebat in Academia Papienſi *Affidatorum.*

XIII. *Via lactea pluribus conſpicua ſtellis.*

COLLATO FULGORE NITENT.

*C'eſt de leur union, que vient ce grand éclat.*

In quandam Societatem, quæ multis illuſtribus viris inſignis erat.

XIV. *Cometa.*

METUENDA MINATUR.

*Elle menace de ce qui eſt a craindre.*

In Concionatorem, qui de judiciis divinis concionem habet.

XV.

XV. *Via lactea.*

NON FALLIT EUNTES.

*Elle ne trompe point ceux-qui la ſuivent.*

Quod in Eccleſiam quadrat, & à Marco Antonio Viaro Nobile Veneto uſurpatum eſt.

XVI. *Ignes erratici ſtellarum figuram præ ſe ferentes ſerenumque coelum præſagientes.*

AB HIS VENIT OMNE SERENUM.

*C'eſt d'eux que nous vient la ſerenité.*

Id in honorem Cardinalis Mazarini compoſitum eſt à Pat. Rapino pacis conditionibus cum Hiſpanis obſignatis. Pro inſignibus ille habebat tres Stellas.

XVII. *Ignis erraticus ſuper nave adverſâ tempeſtate.*

VICINÆ NUNCIA PACIS.

*C'eſt le preſage heureux, de la Paix qu'on attend.*

XVIII. *Cometa.*

PRODIGIO A GRANDI.

Prodigium magnis.

*Prodiges pour les grands.*

*XIX. Cometa.*

A PENAS UNA EN UN SIGLO.

Vix unus uno ſeculo.

*A peine une en un ſiecle.*

In

In quendam ſingulari virtute clarum.

XX. *Ignes erratici & navis tempeſtate agitata.*

FUGIUNT HOC SIDERE NIMBI.

*Un Aſtre ſi benin diſſipe les tempêtes.*

Quod ad Dom. Cancellarium Seguerium tranſlatum eſt, qui inſignium loco gerebat duas ſtellas.

XXI. *Choreis Amoris & Odii Anno* 1618 *ductis, pro ſymbolo erat Cometa cum inſcriptione.*

ARDORE D'IRA E NON D'AMORE.

Ardeor ira nòn amore.

*Je brille de colore, & non d'amour.*

XXII. *Malignitate aëris Neapoli abeunte, in tutelam ſe hæc dedit S. Franciſci Xaverii; hinc Navem pingebant tempeſtate actam, cum erraticis ignibus atque his verbis, quæ huic Sancto ſemper in ore verſabantur.*

SAT EST.

*C'eſt aſſez.*

XXIII. *Eadem exhibebantur, cùm terræ mandaretur Cardinalis Camperius, hoc lemmate.*

COMPOSUERE FLUCTUS.

*Ils ont rendu le calme, & chaſſé la tempête.*

Conveniebat Papæ & Imperatori, qui ſe oppoſuerant Turcæ totam Italiam bello infeſtare conanti.

XXIV.

XXIV. *Cometa.*

CUM SUPERIS RADIARE AUDET.

*Elle oſe aller briller, avecque les Eſtoiles.*

*XXV. Imagine quadam S. Virginis Modenæ ex Eccleſia S. Georgii in Sacellum Templi cathedralis tranſportata, Navis depicta eſt tempeſtate adverſa jactata, Igniſque erraticus cum hac epigraphe.*

SPES VNICA FESSIS.

*Dans les malheurs preſens, noſtre unique eſperance.*

XXVI. *Ignis Erraticus.*

TEMPESTATESQVE SERENAT.

*Appaiſant la tempête, il rend le Ciel ſerein.*

XXVII. *Via lactea.*

INNOCVO CANDORE MICAT.

*D'una blancheur benigne, elle fait ſon éclat.*

XXVIII. *Ulyſſes Bentivoglius Comes de Montevecchio in Academiam* Gelatorum *Bononiæ juvenis haud multorum annorum receptus, ſymboli loco gerebat Navem, circa cujus malum verſabatur Sphæra ignea quæ frigoris tempore maximè lucebat, cum verbis Martialis.*

CINCTA REPENTE GELV.

*Quand tout parott gelé, d'abord elle s'allume.*

*XXIX. Carolus Guidotius ejuſdem Academiæ civis Come-*

*Cometam gerebat multis parvis ſtellis unà junctis conſtantem.*

ET MUTUATA LUCE.

*Je brille en empruntant, de pluſieurs la lumiere.*

XXX. *Marchio Ludovicus Scottus Academiæ* * Ingenioſorum *Placentiæ Princeps pro ſymbolo ſibi eligebat Viam Lacteam multis ſtellulis ſcintillantem, adjecta inſcriptione.*

E PLURIBUS NITOR.

*C'eſt de pluſieurs, que me vient mon éclat.*

XXXI. *Eandem habebat Academia* Obſuſcatorum *Cæſenæ, hoc lemmate.*

JUNCTA RENIDENT.

*Ils brillent étant joints.*

XXXII. *Idem corpus.*

CANDORE NOTABILIS.

*C'eſt ſa blancheur qui la diſtinguer.*

XXXIII. *S. Carolus Boromæus in Academicorum* Affidatorum *album Ticini inſcriptus, eandem picturam ſibi conſtituebat, adſcripto hoc lemmate.*

MONSTRAT ITER.

*C'eſt le chemin du ciel qu'elle nous montre.*

XXXIV. *Eidem lemmatis loco adjiciebat Pat. Gambertus hæc verba Claudiani.*



* Spiritoſi.

HÆC SEMITA LAUDUM.

*C'eſt par ce ſeul chemin qu'on parvient à la gloire.*

*XXXV. Eadem.*

VISUS INCURRIT IN IPSOS.

*Elle frappe les jeux, de qui veut bien la voir.*

Non eſt difficilis inventu via ducens ad Cœlum.

*XXXVI. Cometa.*

EXTREMA MINATUR.

*Le preſage fatal, des dernieres miſeres.*

Lemma ex Silio Italico deſumptum eſt, quod Carolus Rancatius ad eos pertinere autumat, qui maximis honoribus cumulati nihil aliud quam damnum inferunt.

XXXVII. XXXVIII. XXXIX. *Sunt & alia tria ſymbola ex eadem pictura concinnata, ejuſdemque Poëtæ verbis conſpicua.*

TERRET FERA REGNA.

*Aux peuples les plus fiers, il porte la terreur.*

In cujuſdam victricia arma.

SANGUINEUM SPARGENS IGNEM.

*D'un feu ſanglant il menace la terre.*

In animum iracundia & vindictæ cupiditate ardentem.

SÆVA LUCE CORUSCUS.

*D'un éclat dangereux, il brille aux yeux du monde.*

XL

XL. *Cometa.*

FULGET & INTERIMIT.

*Son éclat violent ne fait que du ravage.*

XLI. *Cometa.*

PAUCIS MINATUR, OMNIBUS FULGET.

*Elle brille par tous, & nuit à quelques-uns.*

XLII. *Cometa.*

IMPE L'OCCHIO DI LUCE, IL COR DI GELO.

Oculis affundit lucem, cordi gelu.

*En éclairant les yeux, elle glace le cœur.*

Quod in quandam Fœminam adaptatum eſt.

XLIII. *Philippus Huraut de Chiverni Galliarum Cancellarius, qui in inſignibus habebat Solis quatuor umbras, ſive quatuor Cometas, unum illorum pro ſymbolo conſtituebat, additis his verbis.*

CERTAT MAJORIBUS ASTRIS.

*Aux Aſtres les plus grands, elle peut s'égaler.*

Quod inſigniter in eum quadrabat, qui ex præcipuis illius Regni erat.

XLIV. *Areſius concinnaturus ſymbolum in S. Thomam Aquinatem, ſidus illud Theologicum, Cometam effingebat omnium oculos ad ſe prodigii cujuſdam inſtar rapientem, hoc lemmate.*

QUOCUNQUE IERIT.

*En quelque part qu'elle aille.*

XLV. *Alius obſervatione perſpectum habens* Cometas *plerumque Magnorum Virorum mortem præſagire, ſymbolum fecit ex* Cometa, *cui adſcribebat.*

IN ORTU SIGNAT OCCASUM.

*Son lever predit le coucher de quelqu'un.*

XLVI. C*ometa.*

TANTO PIU GRAVE IL DUOL, QUANTO PIU SPLENDE.

Quo lucidior, eò terribilior.

*Plus elle brille, & plus elle eſt à craindre.*

XLVII. *Via Lactea.*

TRA L'OMBRE OSCVRE, PIV LVCENTE, E BELLA.

Nocte obſcuriſſima, lucidiſſima.

*Dans les plus ſombres nuits, elle paroit plus belle.*

XLVIII. *In S.* C*atharinam eadem deſcripta eſt à P. Engelgrave, hac epigraphe.*

LACTEA NOMEN HABET.

*Elle a un nom de lait.*

XLIX. C*ometa.*

DVM LVCEAM PEREAM.

*Que*

*Que je periſſe, que je brille.*

In Ambitionem.

L. *Via Lactea.*

NON LICET OMNIBVS ADIRE.

*Il n'eſt pas permis à tous de tenir ce chemin.*

Omnia omnibus non æquè patent. Eſt quò non niſi heroibus adſcendere datur. Atque id idem eſt, quod hoc ſymbolo hic innuitur cujus corpus Heroum eſt via, lemmaque originem debet huic proverbio:

*Non licet omnibus adire Corinthum.*

# PARELII & IGNES IN AERE ACCENSI STELLARUM FORMAM PRÆ SE FERENTES.



I. *Tres Parelii.*

LUX SATIS UNA TRIBUS.

*Le meſme éclat les fait briller tous trois.*

In

In Miniſtrum quendam, qui operam ſuam tribus Regibus collocaverat.

II. *Sol & duo Parelii.*

GEMINA SE IN IMAGINE PINGIT.

*Il ſe voit en ſes deux images.*

Quo funus Principis de Condé cohoneſtabatur, qui Principem hæredem & Principem de Conti ſuperſtites poſt ſe reliquerat.

III. *Ludo Equitum Thracum celebrato, tres Parelios gerebant Dux de Nemours d'Aiguillon & Princeps de Joinville, quibus adſcriptum erat.*

AL SOLE SOLI.

Soli Soles.

*Au Soleil ſont des Soleils.*

IV. *Parelius à vento diſſipatus.*

AGNOSCITE FRAVDEM.

*Reconnoiſſez le feint d'avec le veritable.*

Quod inter cætera alia quoque comparebat, quæ ſolenni more exhibebantur Avenione, cùm Cardinalis Chigius Legatus Regis Galliæ à Papa Alexandro VII. reciperetur. Idem quoque Cardinali Petro de Foix tribuitur, qui ſchiſma, quod inter Papam & Archipapam Benedictum XIII. erat, zelo ſuo ingenti & adhibita maxima cura componebat.

V. *Ignis in Aëre accenſus ſub forma ſtellarum, qui videtur cadere, longo luminis tractu.*

SEQVITVR LVX MAGNA CADENTEM.

*Un grand éclat accompagne ſa route.*

VI. *Idem corpus.*

DVM RADIAT CECIDISSE PVTANT.

*On croit qu'elle eſt tombée, & c'eſt qu'elle nous brille.*

Quod in reditum Illuſtriſſimi Cardinalis Mazarini, à Pat. Abbate factum eſt.

VII. *Exuviis Margaritæ Auſtriacæ Reginæ Hiſpaniæ terræ mandatis, eadem apparebat figura appoſitis verbis.*

CECIDISSE VIDETVR.

*Elle ſemble eſtre tombée.*

VIII. *Parelius Soli oppoſitus.*

PAR DVM RESPICIT.

*Semblable à luy, tandis qu'il te regarde.*

In Seren. Delphini gloriam.

IX. *Parelius diſparens.*

PAR SI DVRASSET.

*Semblable à luy, s'il avoit pû durer.*

In obitum Filii D. Corneille, Theatri Gallici decoris.

X. *Parelius qui in pluviam reſolvitur.*

SOLVTVS LABITVR IMBRIBVS.

*La pluye le défait.*

In quendam, cui fortunæ malignitas omnem ſplendorem ademerat,

XI. *Parelius.*

INDVIT ILLE PATRIS RADIOS.

*Il a les traits & l'éclat de ſon Pere.*

In

In Sereniſſ. Delphinum.

XII. *Tres Soles, qui Auguſto rerum potiente comparebant.*

EST TAMEN VNVS.

*Il n'en eſt pourtant qu'un.*

Quo myſterium S.S. Trinitatis præfiguratur.

XIII. *Eadem figura, adjecta epigraphe.*

LVX AB VNO.

*D'un ſeul vient la lumiere.*

XIV. *Pat. Engelgrave myſterium S. S. Trinitatis delineaturus Solem pinxit, qui in ſpeculo reddit ſuam imaginem, imagoque rurſus aliam ab aqua repercuſſa, cum verbis S. Johannis.*

ET HI TRES VNVM SVNT.

*Et tout les trois ſont une meſme choſe.*

XV. *Cùm juſta fierent Anno* 1599. *Neapoli Philippo* II. *Regi Hiſpaniæ, ignis quidam ab aëre accenſus effingebatur, qui ſub ſtellæ forma decidebat, cum verbis Jobi.*

LVCEBIT SEMITA POSTEA.

*Elle laiſſe aprés elle, un chemin lumineux.*

XVI. *Sol cum Parelio.*

QVANTVM INSTAR IN IPSO EST.

*Qu'il luy reſſemble bien.*

In Delphinum.

XVII. *Parelius.*

SIMILLIMA PATRIS IMAGO.

*Fort ſemblable à ſon Pere.*

In eundem.

XVIII. *Melchior Zoppius Academiæ, quæ Boloniæ eſt ſub nomine* Gelatorum,*ſe cuidam magnâ authoritate pollenti debere omnem ſuam æſtimationem & ſplendorem oſtendere volens, Nubem exhibebat Soli oppoſitam, cui ejus imago erat impreſſa, cum verbis Horatii.*

MVNERIS HOC TVI.

*C'eſt à vous que je dois ma gloire & mon éclat.*

Vix poteſt inveniri par grati animi documentum, quàm quod his vides ab hoc Academico datum, qui tàm charus erat Papæ Urbano VIII. ut in ſuo Palatio ei daret habitaculum Romam tunc temporis intranti, priſtinæ conſuetudinis, quæ ſibi interceſſerat cum hoc illuſtri viro, cujus in Academiam lubens adſcribi paſſus erat, probè gnarus. Atque ex eo eſt, quod quidam ſibi perſuaſum habeant eum etiam in hoc ſymbolo ſub Sole innui, quippe qui Solem ſymboli loco ſibi aſciverat, ut jam à nobis notatum eſt ante.



ELE-

# ELEMENTA IN SYMBOLIS.



I. *Elementa confuſa adhuc in Chao.*

OMNIA & NIHIL.

*Tout & rien.*

Hoc in quendam fictum eſt ſymbolum, qui omnium rerum habebatur gnarus, cùm tantâ interim mens ejus laboraret confuſione, ut quod εὐταξίαν ſaperet vel ſub intellectum alicujus cadere poſſet ab ea non eſſet expectandum.

II.

II. & III. *Urbs quædam Galliæ haud obſcura cùm ultrò citroque diu agitaretur turbis, diſſidio inter nobiles, clericos, eruditos & cives orto de conſulibus creandis, Rex ipſe literis miſſis conſtituit conſules dato Præfecto ejus Provinciæ negotio ut in curia civitatis eas curaret legi. Hanc provinciam cuidam Advocato regio imponit, qui cùm ingenii acumine non minus quàm admirabili quadam dicendi facilitate præſtaret, argumentum orationis ex his verbis Pſalmi petebat*: Dixit & facta ſunt, mandavit & creata ſunt. *Ex quibus poſteaquam cum igne contulerat nobiles, cum aëre clericos, cum aqua eruditos, cum terra cives, variè atque acutè ſatis ad horum elementorum qualitates alludebat, hiſque omnibus ritè eas applicabat. Hinc duplex deinde natum eſt ſymbolum, quo hæc electio ornabatur, quorum, utroque quatuor elementa diſtinctis Sphæris complectente, alterum his textus ſui verbis inſignitum erat:*

DIXIT ET FACTA SVNT.

*Il a parlé, les choſes ſe ſont faites.*

*Alterum verò ſequentibus.*

MANDAVIT ET CREATA SVNT.

*Par ſon commandement ils ont été créez.*

IV. *Quatuor Elementa involuta Chao.*

AB IPSIS OMNIA.

*D'eux ſe font toutes choſes.*

Hoc ſymbolum tractatui cuidam præfixit de elementis & operationibus chymicis Pater Benedictus Mazot-

zotta Sulmonenſis Minorita Reformatus, quod inſtrumentis artis applicat.

V. *Chaos.*

RUDIS INDIGESTAQUE MOLES.

*C'eſt un confus ramas de choſes en deſordre.*

Deſumtum eſt hoc ex libro primo Metamorph. Ovidii atque in cujuſdam Authoris ignominiam excogitatum, cujus opera erant confuſa ordineque planè perturbata.

VI. *Non abſimile huic quod componebatur in opus valde obſcurum, in quo abſtruſum erat, quicquid complectebatur, cujuſque lemma mordax chao & elementis confuſis inſcriptum erat:*

FIAT LUX.

*Que la lumiere paroiſſe.*

VII. *In quendam Hiſpanum Regum Hiſpaniæ Genealogiam deducentem à Philippo II. uſque ad Adamum, aliud Symbolum quidam in dicteria pronus componebat, ubi corporis loco uſurpabat Chaos & quatuor elementorum confuſionem, quibus efformari lepide dicebat quatuor regiones, quas ſupra Reges Hiſpaniæ haberet, & nihil quo longè infra illos poneretur, cui adjiciebat hæc verba ex cap. 8. Proverb.*

ANTEQUAM TERRA FIERET.

*Avant & terre & Ciel: voila mon origine.*

In eos, qui talem antiquitatem crepant, ut vix cogitando eam aſſequi poſſes, quo ſimul corripitur eorum va-

vanitas, qui ſibi nimium placent propter nobilem ſtirpem, generiſque antiquitatem.

VIII. *Quatuor elementa ſuis ſphæris diſtincta.*

DISCRETIS SUA VIRTUS ADEST.

*Chacun a ſon merite, & ſçait tenir ſa rang.*

In quatuor perſonas diverſa conditione honoreque diſtinctas.

IX. *Quatuor elementa, cum verbis Ovidii.*

DISSOCIATA LOCIS.

*Comme éloignez d'humuers, éloignez de demeures.*

In quatuor Fratres, qui & regione & loco & genio maximè à ſe invicem diſſidebant.

X. *Eadem cum verbis ejuſdem Poëtæ ſequentibus.*

CONCORDI PACE LIGAVIT.

*Et d'une ferme paix il paroiſſent liez.*

Quod in pacem quadrat inter Reges conciliatam.

XI. *Elementa.*

OMNIA IN OMNIBUS.

*Ils ſe melent dans tout.*

Quemadmodum vix quicquam cogitari poteſt, cui non ſunt elementa immixta; ita ſunt homines, qui omnibus ſe immiſcent, atque ſibi ſerio perſuadent nihil ſine illis unquam rectè fieri poſſe.

XII. *Elementa ſuis ſphæris diſcreta, cum verbis Hymni in veſperam diei Lunæ compoſiti.*

MIXTA NE CONFUNDERENT.

*Ils*

*Ils ont chacun leur rang pour le donner aux autres.*

In Ceremoniarum Magiſtros, qui cuilibet in ſolemnitatibus ſuum locum aſſignant.

XIII. *Eadem cum his verbis ejuſdem Hymni.*
COELUM DEDISTI LIMITEM.

*Vous leur donnez le Ciel pour terme & pour limites.*

Idem eſt terminus, quem omnibus mundi incolis Providentia divina præfixit, nimirum ut cœlum & æterna gaudia obtineant.

XIV. *Elementa ex Chao prodeuntia ad locum ſibi proprium eligendum.*

DIVERSA REPLEANT LOCA.

*Qu'ils aillent occuper des places differentes.*

In novas Populorum colonias.

XV. *Elementa ordinata, cum verbis Claudiani ex libro tertio.*

NEC CONFUSUS HONOS.

*Les rangs y ſont gardez & l'ordre diſtingue.*

In ea regna, ubi omnia bono ordine geruntur.

XVI. *Elementa.*

DISCREVIT NATURA PARENS.

*La Nature a pris ſoin de les bien diſtinguer.*

In diverſitatem facierum, geniorum, ætatum, ſexuum, ſtaturarum & morum, quod præcipuum Providentiæ opus eſt, quo univerſi concinnitas conſtat Clau-

Claudianum habet authorem & lemma & corpus ſymboli, ſcriptumque extat in primo libro de raptu Proſerpinæ.

## XVII. *Chaos explicatum.*

## HINC ORDO ET COPIA RERUM.

*Et l'ordre & l'abondance en ont eſté tirez.*

Quod in honorem Cardinalis Mazarini poſt civiles diſcordias ſedatas compoſitum eſt, quas ſequebantur tempora felicia, omnium rerum affluentia & tranquilla.

# IGNIS.

## IGNIS ELEMENTARIS.

## FULMINA ET FULGURA.



I. *Fulmen.*

DEO MILITAT.

*C'eſt pour Dieu qu'il combat.*

In Principem, qui ob religionem bellum ſuſcipit.

II. *Arbor fulmine tacta & dimidia ſui parte in igne.*

HOC JACEO CINERATA ICTU.

*Ce coup m'a reduit en cendres.*

In Hæreſin quandam, fulmine Papali deſtructam.

III. *Fulmen arbores diſcutiens.*

AUT CEDUNT AUT RUUNT.

*Ou ils cedent, ou ils periſſent.*

In Victorem, cui nihil reſiſtere poteſt.

IV. *Nubes, ex qua fulgura erumpunt.*

TERROR Y LUMBRE.

Et terror & lumen.

*Et terreur & lumiere.*

Quo notatur aliquis, qui ſummo in honore verſatur & metum injicere novit.

V. *Fulmen montes ſummos icens.*

CONTRA LOS MAS LEVANTADOS.

Contra altiſſimos quoſvis.

*Contre les plus élevez.*

Quæ duo ſymbola Tholoſæ exhibebantur equeſtri ad annulum trajiciendum decurſione Anno 1615 habitâ.

VI. *Fulmen poſt turrem ictam in terram ſe abdens.*

CESSAT NON CEDIT.

*Il ceſſe, mais il ne cede pas.*

In Regem, qui ſua ſponte pacem dabat, victoriiſque ſuis finem imponebat, quas adhuc plures reportare poterat.

VII. *Fulmen Petram feriens.*

IN DURIORA MAGIS.

*Plus d'effort contre les plus durs.*

In cujuſdam arma victricia, quibus maxime petit eos, qui ipſi reſiſtere volunt.

VIII. *Fulgur.*

CELARI NESCIUS.

*Il ne peut ſe cacher.*

In ſplendorem virtutis, qui aut citò aut ſerò apparet.

IX. *Fulmen.*

ET FRAGORE FERIT.

*Et ſon bruit la fait craindre.*

Quod in bellum Ferrarienſe adornatum eſt ab Alcibiade Lucarinio, ubi Cardinalis Petrus Aldobrandinus Patrui ſui Papæ Clementis VIII. nomine magnum terrorem ſuo acceſſu injiciebat incolis hujus urbis.

X. *Fulgur.*

TERRET UNDE FULGET.

*De ſon éclat il peut faire trembler.*

Quo cujuſdam Magni Principis authoritas celebrari poteſt.

XI. *Ignis in ſua Sphæra.*

FOVET NON URIT.

*Il échouſe & ne brûle pas.*

XII. *Fulmen.*

QUAM CITO ET IMPETE QUANTO.

Quàm cito & quanto impetu.

*Ny plus viſte, ny avec plus de bruit.*

In curſum victoriarum celerem.

XIII. *Fulmen.*

QUO FERET AURA.

*Ou le vent le portera.*

In Præfectum equitum, qui Principis ſui juſsà tantùm exſpectabat.

XIV. *Fulmen erumpens ex nube, ventis quantumvis contrariis.*

SUO VALOR COMBATTUTO.

Vis ex certamine.

*Sa valeur combattuë.*

XV. *Sphæra ignis & ſtellarum.*

MINUS PALAM QUI MINUS PROCUL.

*On le voit moins quoyque moins éloigné.*

XVI. *Fulgur.*

ILLUMINAT DUM MINATUR.

*En menaçant il nous éclaire.*

Gratiam nobis facit Deus maximam ſuis minis, quip-

quippe qui officii noſtri nos illis admonet, intellectumque illuminat.

XVII. *Fulmen montes feriens.*

CULMINA SUMMA PETENS.

*Il frape les plus éloignez.*

XVIII. *Fulmen in aëre procelloſo.*

PAR NULLA POTESTAS.

*Nulle puiſſance ne l'égale.*

XIX. *Fulmen laurum confringens.*

FRANGUNTUR NESCIA VINCI.

*Il briſe ce qu'on ne peut vaincre.*

XX. *Fulmen nubes diſſipans.*

TEMPESTATESQUE SERENAT.

*Et c'eſt en foudroyant qu'il chaſſe les tempeſtes.*

In Bellatorem, qui nemine amplius reſiſtente pacem reddit.

*XXI. Fulmen Draconem feriens, quo dicunt illum amittere ſuum venenum.*

REDDIT INNOXIA.

*Il luy ôte le moyen de nuire.*

Qua ratione Rex hæreticos tractare ſolet.

*XXII. Fulmina.*

FERIUNT SUMMOS.

*Ils frappent les plus élevez.*

Quo utebatur Veſpaſianus de Gonzague Dux de Sabioneta, quamvis idem Dom. Franciſco Borgiæ Duci de Gandie tribuatur Paulus Jovius.

XXIII. *Fulmen.*

QUA SÆVIT PARTE RUENDUM.

*Rien ne peut reſiſter à ſes rudes atteintes.*

In Victorem.

XXIV. *In ludo Equeſtri à Rege inſtituto, Ignem ardentem gerebat Comes du Pleſſis, hoc lemmate.*

AB OBICE MAJOR.

*Ce qui luy reſiſte le rend plus fort.*

XXV. *Eques de Rohan, Ramum lauri ardentis.*

ARDER Y CALLAR.

Et ardere & tacere.

*Et brûler & ſe taire.*

In affectum abſconditum.

XXVI. *Comes de Clere, Flammam ſurgentem in Coelum.*

FELICITER AUDAX.

*Heureuſement hardy.*

XXVII. *Comes de Vaillac, Ignem, adſcripta epigraphe.*

NE FREN, NE TEMPO.

Nec frenum, nec tempus.

*Ny temps, ny obſtacle.*

Quo

Quo ſignificare volebat, nil quicquam eſſe, quod ab amaſiæ amore illum retrahere poſſet.

XXVIII. *Ignis in ſua ſphæra.*

ETERNO PORCHE PURO.

Æternus, quia purus.

*Eternel, parce qu'il eſt pur.*

In Amicitiam puram illibatamque.

*XXIX. Ignis in ſua ſphæra.*

NEC CERNITVR VLLI.

*Et nul ne le peut voir.*

Hoc pertinere verè ad illos dixerim, qui ſe abſcondunt & vitam ſolitariam vivere gaudent.

*XXX. In mortem cujuſdam infantis præſtantiſſimi, Fulgur pingebat Pat. le Moine, hoc lemmate.*

MORIOR DVM ORIOR.

*Je meurs en naiſſant.*

*XXXI. Cùm Carolus Emanuel Dux Sabaudiæ filiam ſuam alteram elocaret Duci Mantuano, alteram Duci Mutinenſi, Pugnam ludicram ſuperbam inſtituerat Dux de Nemours; ubi ad currum ſuum pingi curaverat tria Fulmina e nube erumpentia cùm verbis Virgilii.*

QVA DATA PORTA RVVNT.

*Il faut de quelque endroit qu'il ſe faſſent paſſage.*

XXXII. *Eadem fulmina;*

PVGNANTIBVS IRA.

*Qui s'oppoſe à ſes feux en reſſent la colere.*

XXXIII. *Antonius Crotta Canonicus Eccleſiæ Tridentinæ, omni literarum genere probè exornatus & Linguæ Græcæ, Latinæ ac Thuſcæ admodum peritus, pro ſymbolo habebat Flammam ad Sphæram ſuam tendentem, hac inſcriptione.*

VT QVIESCAT.

*Pour trouver ſon repos.*

Ad ſublimiora certè ſpiritus noſter conditus eſt quàm quidem his in terris oculis uſurpamus; Atqui hinc eſt, quod requies ei nulla detur, niſi totum ſeſe mancipet rebus cœleſtibus.

XXXIV. *Ignis Cœleſtis in ſua ſphæra.*

ARDET ÆTERNVM.

*Rein ne ſçauroit l'éteindre.*

Quod ſibi aſcivit Curtius Burgheſius, cùm inter Academicos locum occuparet Sienæ.

XXXV. *In Hieronymum Adornum, qui Genuâ pellebat Octavium Fregoſum, Fulmen effingebat Paulus Jovius, cui adſcriptum erat.*

EXPIABIT AVT OBRVET.

*Ou il l'expiera, ou il l'accablera.*

Loca olim fulmine tacta à priſcis Græcis & Romanis magna, ut tum tempora erant, ſuperſtitione fuiſſe ſacrata adeo vulgatum eſt ut nihil magis.

XXXVI.

XXXVI. *Cùm Alexander Farneſius Papæ Pauli* III. *Nepos expeditionem belli ſuſciperet contra Acatholicos Germaniæ, ad vexillum ſuum pingi juſſit Fulmen, his verbis.*

HOC JVPITER VLTOR.

*Ainſi ſe vange Jupiter.*

Quo ad Eccleſiæ fulmina alludebat, quæ ſunt Cenſuræ & Excommunicationes.

XXXVII. *Fulgur cum fulmine.*

ILLVMINAT NON FERIT VBIQVE.

*Il éclaire par tout, & frappe en un ſeul lieu.*

In Bellatorem, cujus caſtra cum moveantur ad urbem obſidendam omnia maximò metu percelluntur.

XXXVIII. *Ignis*

EXTINGVITVR NON FRIGESCIT.

*Il peut bien être éteint, mais non pas refroidy.*

In quendam, cujus ardor ingenii non niſi cum morte finitur.

XXXIX. *Flamma.*

SPLENDET & ARDET.

*Il n'a point tant d'éclat qu'il nous montre d'ardeurs.*

In hominem magno & generoſo ingenio præditum.

XL. *Fulmen.*

ET FRAGORE FERIT.

*Il frappe avec fraces.*

XLI. *Ignis nocte errans.*

PRÆLUCET IN AVIA.

*Il ne luit que pour perdre.*

In Doctrinam pernicioſam.

XLII. *Fulmen.*

OMNIUM METUS.

*C'eſt la crainte de tous.*

In flagella Dei.

XLIII. *Tria fulmina.*

HIS IMPII TERRENTUR.

*La terreur des impies.*

XLIV. *Aquila fulmen gerens.*

QUO JUSSA JOVIS.

*Là où veut Jupiter.*

Quod ſymbolum à Roberto Stephano in Ducem de Sully tormentis bellicis præfectum factum eſt.

XLV. *Fulmen magnam quercum diſcutiens, non læſis arundinibus infra eam ſtantibus.*

AUT CEDERE, AUT CÆDI.

*Ou ceder, ou eſtre briſez.*

In manus cujuſdam victrices, quarum viribus nemo reſiſtere audet.

XLVI. *Fulmen.*

QUIS TENDERE CONTRA?

*Qui peut luy reſiſter?*

XLVIII

XLVII. *Ignis nocte errans.*

TERROR ET ERROR.

*Terreur & erreur.*

Eſt quoddam imaginationum genus, quo non tantum nimium terremur, ſed & in errores conjicimur.

XLVIII. *Fulmen ædificium evertens.*

SONITUM PRÆVERTITUR ICTUS.

*Le coup previent le bruit.*

In cujuſdam bellatoris incredibilem pernicitatem.

XLIX. *Fulmen magnam arborem evertens.*

MICAT EXITIALE SUPERBIS.

*Mon éclat eſt funeſte à ceux qui le portent trop haut.*

L. *Fulmina.*

ET PLACIDO METUENDA JOVE.

*Ils ſont à craindre lors même que Jupiter eſt paiſible.*

In expeditiones Regis bellicas.

LI. *Fulmen.*

PORTARUM CLAUSTRA REVELLIT.

*Point d'obſtacle qu'il ne renverſa.*

Quo uſus eſt Dom. de la Meilleraye, qui in Aula Turcica Præfectum agebat tormentis bellicis.

LII. *Ignis contra quem ſufflando pugnant venti, cum verbis Lucani.*

CRESCIT IN ADVERSIS.

Ce

*Ce qui le tourmente ne ſert qu'à le faire croiſtre.*

In quendam, qui rerum adverſarum ope magis magiſque elevatur.

LIII. *Ignis magnus incenſus.*

DA LA SFERA PERO NATIA LONTANO.

Quamvis procul à loco nativo.

*Quoy qu'éloigné du lieu de ſa naiſſance.*

Quod alicui congruit, qui magnam famam extra ſolum patrium obtinet, & parem ſplendorem ibi edit, atque ignis extra ſphæram ſuam conſtitutus.

LIV. *Ignis cum his verbis S. Matthæi.*

NON POTEST ABSCONDI.

*On ne peut le cacher.*

In cujuſdam Sancti ingentem zelum.

LV. *Flamma.*

SEMPER SURSUM.

*Je tends toûjours en haut.*

LVI. *Flamma ignis.*

SUMMA PETIT.

*Rien de bas ne l'arrête, elle s'éleve en haut.*

In alicujus eminendi deſiderium.

LVII. *Ignis.*

FOVET & DESTRUIT.

*Il conſerve & il détruit.*

Quod

Quod alimentorum noſtrorum proprium eſt, quæ nos æquè alunt ac deſtruunt.

LVIII. *Sphæra ignis coeleſtis.*

NEC COMINUS URO.

*Et de prés je ne brûle pas.*

LIX. *Ignis.*

ALENTEM DEVORAT.

*Il devore celuy qui le nourit.*

LX. *Flamma ignis.*

BELLA DA LUNGI, MA MORTAL D'APPRESSA.

Egregia procul, pernitioſa propè.

*Belle de loin, & mortelle de prés.*

LXI. *Fulmen cum verbis Taſſi.*

NON CADE IN BASSO PIAN.

*aut Pauli Jovii.*

HUMILIORA. MINUS.

*Les lieux bas en ſont exempts.*

Non eſt, quod fortunæ ſuæ metuat adverſum caſum, qui rerum ſuarum privatus ſatagit.

LXII. *Fulmen.*

PRÆMISIT DAMNA TIMORI.

*Il ſe fait le mal devant qu'il ait fait craindre.*

In nimiam cujuſdam domitoris celeritatem.

LXIII. *Fulmen.*

HIRIENDO A UNO AMENAZA A MUCHOS.

Unum ictum plura minatur.

*En frappant un, il menace pluſieurs.*

Quem verſum Hiſpanicum ita efferunt Itali :

L'OFFESA A POCHI ED IL TERRORE A MOLTI.

LXIV. *Gemina ratione ad Domitorem quendam traxit Pat. Gambertius Fulmen, his verbis Senecæ adjectis.*

NON PATIENS MORÆ.

*Il ne peut étre retenu.*

LXV. *Fulmen.*

DOVE NON MINACCIR FERIO' SI VEDE.

Ferit haud factis minis.

*On le voit frapper où il ne menaçoit pas.*

LXVI. *Fulmen.*

NULLA VIS CONTRA.

*Rien n'y peut reſiſter.*

LXVII. *Marchio Sforza Brivius Mediolanenſis pro ſymbolo gerebat Fulmen ſecans nubem, hoc lemmate.*

OBLVCTATVM VALIDIVS.

*Il devient plus fort par la reſiſtence.*

LXVIII.

LXVIII. *Fulmen.*

DVRA FRANGIT MOLLIBVS ILLÆSIS.

*Rien de dur ne reſiſte, il épargne le reſte.*

Quo notatur cujuſdam domitoris & clementia, quam dedentibus ſe gratioſe exhibet, & vis, qua repugnantes oppugnat.

LXIX. *Exequiarum Dom. Johannis de Medicis ſymbolum erat Fulmen, cui adſcriptum apparebat.*

TONITRV VELOCIOR ICTVS.

*Le coup eſt plûtôt fait que l'on n'entend le bruit.*

LXX. *Fulgur.*

TONITRVA PARAT.

*Il prepare des tonnerres.*

In Principem, qui bellum parat.

LXXI. *Fulgur.*

AL APPARIR DISPARE.

Apparendo diſparet.

*Il diſparoiſt auſſi-toſt qu'il paroiſt.*

LXXII. *Fulmen omnia ferens.*

QVOCVNQVE IERIT.

*Quelque part qu'il aille.*

In bellatorem.

LXXIII. *Italus quidam Eques Fœminam quandam de-*

*pe-*

*periens, quam ſimul maximè metuebat, ſymboli loco aſſumebat Fulgur, appoſito hoc verſu.*

EMPE L'OCCHIO DI LUCE E IL COR DI GELO.

Oculis affundit lumen, cordi gelu.

*Lumiere aux yeux, mais qui glace le cœur.*

LXXIV. *Areſius repræſentaturus fervorem, quo S. Jacobus Apoſtolus S. Johannis Frater, qui filii tonitru vocati ſunt, ardebat Fulgur effingebat, cum his S. Scripturæ verbis.*

USQUE IN OCCIDENTEM PARET.

*Il ſe montre juſqu'à l'Occident.*

Multum hoc ſymbolum ingenii habet & inſigniter in S. Jacobum quadrat, ſi verum eſt, quod iter aliquando in Hiſpaniam Evangelii cauſa ſuſceperit, uti nonnullis perſuaſum eſt.

*LXXV. Sphæra ignis coeleſtis.*

NON CERNITUR ULLI.

*Perſonne ne le void.*

Quod illis conveniens eſſe poteſt, qui cum ingenti virtutum ac meritorum cumulo emineant, ſatius ducunt latere quàm innoteſcere.

*LXXVI. Regina Maria de Medicis gerebat in ſymbolo ignem, quem venti ſufflando oppugnabant.*

CRESCIT AB ADVERSIS.

*Les oppoſitions le font croiſtre.*

Quod

Quod ſymbolum acupingi curaverat ſuper ſtipatorum ſuorum ſaga.

LXXVII. *Fulmen verticem petræ icens.*

FRANGIT INACCESSA.

*Il attaque des lieux qui ſont inacceſſibles.*

Quod in honorem Regii ſtabuli Comitis de Leſdiguieres Franciſci de Bonne factum eſt, qui cùm eſſet Galliæ Mareſchallus, Regiuſque Delphinatus præfectus, bellum præclarè gerebat in Sabaudia.

LXXVIII. *In porticu Regii Palatii, ubi præcedens Symbolum conſpicuum eſt, quoddam etiam exhibetur in honorem Abbatis Sugerii, qui Regni Procurator fuit & cùm obſidione cingeretur Turonum in Belſia, magnum obtinuit nomen, cujus corpus eſt Fulgur e nube erumpens, lemma autem ita habet.*

DE CARCERE CLARIOR EXIT.

*Il ſort de ſa priſon tout brillant de lumiere.*

LXXIX. *Pompâ Imperatoris Matthiæ funebri Florentiæ peracta, Ignis pictus erat, quem venti ſufflando oppugnabant.*

MAGIS INVALESCIT.

*Il en a plus de force.*

LXXX. *Nubes ex qua fulmina prodeunt.*

FULMEN ADVERSA MINISTRANT.

*Ce qui s'oppoſe à moy ſert à former mes foudres.*

In quo Sol loquens introducitur, qua ratione ad

Principem trahi poteſt, qui in ſubditos ſuos rebelles animadvertere debet.

*LXXXI. Ignis in Sphæra.*

In lachrymas S. Magdalenæ.

XXIII. *Nubes coram ſole.*

TANTO NON PUO CELAR
CH'IL GIORNO CELI.

Celet, lux tamen tranſparet.

*Elle peut le cacher, mais ſans oſter le jour.*

Quod idem de humana Chriſti natura dici poteſt, quæ divinitatem ejus adeo abſcondere non potuit, quin opera ejus divina inſigniter eluxerint.

*XXIV. Nubes à ſole elevata, dum fluminis vapores ad ſe trahit.*

ATTOLLOR QUO PLURA RIGEM.

*Je me ſens élever pour faire plus de bien.*

In quendam, qui idcirco putat ſe dignitate cumulatum, ut occaſionem habeat majorem benefaciendi.

*XXV. In Regis honorem conſtituit Dom. Charpentier Nubem, cujus ex uno latere prodeunt fulmina, ex altero aurea pluvia hoc lemmate.*

UTROQUE JUPITER.

*Il fait voir ce qu'il eſt, & par l'un & par l'autre.*

Id eſt, non ſolum per expeditiones bellicas, ſed & per ſuam magnificentiam.

XXVI. *Nubes lucida prope ſolem latentem.*

ARDET AB EXTINCTO.

*Et tout éteint qu'il eſt, il l'allumez, il l'embraſe.*

In quandam viduam, quæ eodem amore maritum ſuum adhuc proſequitur mortuum ac olim vivum.

XXVII. *Nubes in aëris regionem à radiis Solis elevata.*

OVE ALZATA, PER ME NON FORA MAI.

Mea ſponte nunquam.

*Jamais je n'aurois pû de moy-même y monter.*

In aliquem, qui alius cujuſdam tutelæ omnem ſuum honorem & fortunam debet.

XXVIII. *Multa nubes elevata.*

UT IN ORBE PLUAMUS.

*Pour pleuvoir dans le monde.*

Quod ad concionatores ſpectat, qui Verbi Dei ſunt diſpenſatores, ſalutiſque ſpem ubique prædicant.

*XXIX. Nubes lucida per ſolis radios.*

ALIENA LUCE DECORA.

*D'un éclat étranger elle paroit brillante.*

Quando quis eo gloriatur, quod ad ſe haudquaquam pertinet.

XXX.

XXX. *Nubes ſolem tegens à quo eſt ſurſum elevata.*

ELEVANTEM OBUMBRAT.

*Elle fait ombre à qui l'éleve.*

In Animum ingratum, qui beneficia in ſe collata malè compenſat.

XXXI. *Nubes ſoli oppoſita, cui lumen ſuum imprimit.*

LUMEN DE LUMINE.

*Lumiere de lumiere.*

In quendam ſanctitate conſpicuum, qui lumina ſua ab ipſo Deo trahit.

XXXII. *Nubes pluviam deſtillans.*

EFFLUENDO CONSUMITUR.

*En coulant elle s'épuiſe.*

In perſonam, quæ inſerviendo ſe abſumit.

XXXIII. *Conjux demortua Mareſchalli de Guebriant pro ſymbolo gerebat nubem; quæ quamvis ſolem obſcurabat, ab eo tamen lucida reddebatur.*

DEFICIT, AT MIHI ADEST.

*Il n'eſt plus, mais il eſt encore pour moy.*

Quo ſignificare volebat memoriam conjugis morte amiſſi apud ſe ſemper eſſe integram.

XXXIV. *Nubes in aëre elevata.*

MOX RESOLVTA CADET.

*Bien-toſt elle retombera.*

In felicitatis, qua hoc in orbe fruimur, inconſtantiam.

XXXV. *Nubes elevata, ventiſque poſitis immobilis, hoc lemmate.*

NISI FLAVERIT.

*Si le vent ne ſouffle.*

Nihil efficere poſſumus niſi gratia præveniente, quæ Dei flatus eſt.

XXXVI. *Areſius divinam S. Virginis maternitatem expreſſurus nubem pingebat, in qua imago ſolis deſcribitur, cum his verbis ex cantico ejuſdem Virginis depromptis.*

QVIA RESPEXIT.

*Parce qu'il a daigné la regarder.*

Quo vix poteſt excogitari ſymbolum concinnius, quippe egregiè ſatis S. Virginis humilitas nube ex vaporibus terræ compoſita præfiguratur. Verba, quibus lemma conceptum eſt, ex ejuſdem ore profluxere, gratiæque inſignem effectum exprimunt.

XXXVII. *Jeſuitæ Flandrici indicare volentes utilitatem quæ ex converſatione cum Politicis in ſe redundabat, vapores ex mari elevatos in ſymbolum recepere, his verbis adjectis, quæ non procul abeunt à lemmate Humoriſtarum.*

DUL-

DVLCIOR VT REDEAT.

*Pour les rendre meilleurs.*

XXXVIII. *Cui ferè geminum eſt, cum* Nubi *in rerem ſoluta adſcriberetur.*

RETTVLIT IN MELIVS.

*Il l'a rendu meilleur.*



# VENTI.



I. *Magna Regis equeſtri pugna celebrata, in ſymbolum ſibi aſciſcebat Balagny Ventum lauros deſtruentem, hac epigraphe.*

POSSVM NEC FVLMINA POSSVNT.

*Je puis ce que ne peut la foudre.*

Quod eſt audacia plenum, inſigniterque hujuſmodi feſtivitati conveniens, ubi arroganter cuncta feciſſe haud mediocris laus eſt.

II.

II. *Ventus arborem oppugnans.*

INCLINO O FRANGO.

Aut inclino aut frango.

*Ou je fais ployer, ou j'abbas.*

In virum bellicoſum.

III. *Ventus.*

SPIRANDO MI CONSVMO.

Spirando conſumor.

*Je me perds en ſoufflant.*

In Amatorem ſuſpiria fundentem.

IV. *Ventus nubes & nebulas diſpellens.*

NO PARAN.

Non conſiſtunt.

*Ils ne tiennent pas devant moy.*

V. *Dom. de Benjamin gerebat in equeſtri Regis defuncti pugnà ventum magnas quercus frangentem.*

RVMPIT IN QVOS ERVMPIT.

*Il briſe tout ce qu'il rencontre.*

VI. *Marchio de Beuron verò ventum fulmen compellentem cum hac inſcriptione.*

OV JE VEVX.

Quò volo.

VII. *Dom. de Caſtillon, duos ventos ignem ſufflantes.*

J'ALLVME & J'ETEINS.

Et Accendo & extinguo.

VIII. *Dom. de Bocard, duos ventos ſufflantes.*

COMME IL NOVS PLAIST.

Pro lubitu.

IX. *Quidam Opera ſua Principibus Domûs Auſtriacæ dicans in fronte repræſentavit Cœlum ſerenum cum ventis & his verbis.*

SPIRANTIBUS AUSTRIS.

*Sous des vents favorables.*

Sunt qui huic corpori adjiciunt navem.

X. *Ventus.*

SINE OBICE LANGUET.

*Il eſt plus languiſſant quand rien ne luy reſiſte.*

XI. *Venti ſeptentrionales flantes.*

VERRUNT DUM VEXANT.

*En le tourmentant ils le purifient.*

XII. *Auſter nubem depellens.*

SUMMA VI.

*C'eſt de toute ſa force.*

In militem, qui ut hoſtem perſequatur nulli labori parcit.

In

XIII. *Auſter, qui ex una parte ſuppeditat pluviam, ex altera rorem.*

PLUVIAM ROREMQUE MINISTRAT.

*Il donne également la pluye & le beautemps.*

XIV. *Jacobus Caccia Academicus Papienſis utebatur ventis ignem ſufflantibus, hoc lemmate.*

VIM EX VI.

*De leurs efforts je tire plus de force.*

XV. XVI. *Ventus ignem ſufflans.*

LENIS ALIT.

*Quand il eſt doux il ſert à l'allumer.*

GRANDIOR NECAT.

*Mais eſtant trop fort il la tuë.*

Quod zelum moderare jubet.

XVII. *Zephyrus gratus ſuper floribus, cum verbis Petrarchæ.*

IL BEL TEMPO RIMENA.

Tempora grata reducit.

*Il ramene le beau temps.*

XVIII. *Auſter afflans balſami, thuris & myrthæ arbores, earumque odorem procul diſſipans.*

TE SPIRANTE.

*Quand*

*Quand vous ſouffle.*

In quendam, qui ex protectione cujuſdam Magnatis omne honoris decus habet.

XIX. *Venti vela cujuſdam navis extendentes.*

FELICIBUS NON FALLACIBUS.

*Je vais heureuſement ou leur ſouffle me pouſſe.*

XX. *Familia illuſtris de Vento, quæ Genuæ debet originem, ſplendorem Maſſiliæ, in ſymbolo habebat Nubes & Ventum, hoc lemmate.*

S'IO SPIRO SPARIRANNO.

Fugiunt ad meum aſpectum.

*Dés que je ſoufflera*y*, comme ils diſparoitront.*

Quod in ſtrenuum bellatorem convenit, cujus ne aſpectum quidem hoſtes ſuſtinere poſſunt.

XXI. *Quatuor venti flantes.*

ET FURUNT RAPIDI SECUM.

*Ces furieux ſe font la guerre.*

In jurgia, quæ inter fratres exiſtunt.

XXII. *Ventus.*

EN PEU D'HEURES.

Brevi tempore.

In maximam Bellatoris celeritatem.

XXIII. *Dux de Mayenne uſurpavit ſymboli loco in Ludovici juſti tropæis ventos arbores deſtruentes.*

IMUS PER OBSTANTIA.

*Nul obſtacle ne nous arrête.*

XXIV. *Ventus arbores ſubvertens.*

IN RELUCTANTES SÆVIOR.

*Contre ce qui reſiſte il a plus de colere.*

XXV. *Ad Severitatem juſtam Ducis Parmenſis exprimendum ventum pingebat Pat. Raulin, qui arborem flando oppugnabat & ſubvertebat, hac inſcriptione.*

PARCEREM SI FLECTERETUR.

*S'il étoit ſouple je l'épargnerois.*

XXVI. *Abbas Ferro pingebat duos ventos ſibi invicem contrarios, quibus adſcribebat.*

AUT SOLEM AUT IMBREM.

*Ou la pluye ou le beautemps.*

Sequitur bellum pax aut ſumma omnium ruina.

XXVII. *Ventus.*

NON SAI D'ONDE NE DOVE.

*ſive*

NEC UBI NEC UNDE.

*Ny d'où il vient, ny où il va.*

In

In prudentem Politicum, qui agendi rationem optime ſcit tegere.

XXVIII. *Ventus.*

UBI VULT SPIRAT.

*Il ſouffle où il veut.*

Gratiam facit Deus & quibus & quando vult.

*XXIX. Dom. de Breſſieux Nobilis Delphinas in ſymbolo habebat ventos mare turbantes, his verbis.*

TURBANT SED EXTOLLVNT.

*Ils l'agitent, mais ils l'élevent.*

In fortunam adverſam.

*XXX. Duo venti ſibi contrarii morantes navim in portum ingreſſuram.*

MORANTVR NON ARCENT.

*Ils peuvent l'arrêter, mais non pas l'empêcher.*

*XXXI.* V*entus nubes propellens.*

FVGAT ET FOVET.

*Il les chaſſe & le maintient.*

Boni Principis eſt malos fugare & bonos conſervare.

*XXXII.* V*enti navem impugnantes.*

DVCVNT IN ALTVM.

*Ils le pouſſent en haute mer.*

Sunt quorum conditio perſecutionis ope maximè evehitur, meritaque magis magiſque eluceſcunt.

XXXIII.

XXXIII. *Venti navem extollentes mari agitato, cum his verbis Virgilii.*

AD SIDERA VOLVUNT.

*Ils l'éleverent juſques au Ciel.*

Terque quaterque beati, quibus ad cœlum viam oſtendunt adverſa, malignaque hujus mundi fortuna.

XXXIV. *Ventus flando oppugnans ſaltum arboribus majoris & minoris proceritatis impletam, ut & dumos, qui ab eo conquatiuntur.*

OMNES HAC TANGIMVR AVRA.

*Et tous en ſont touchez.*

Non eſt in mundo quiſpiam, ſive altiſſimæ ſive viliſſimæ conditionis, qui non pro ſua ratione vanitati ſit ſubjectus.

XXXV. *Ventus Bracteam verſatilem movens.*

MI CONSTANCIA, MI MUDANCIA.

Inconſtantia conſtans.

*Je ſuis conſtant à changer.*

XXXVI *Ultimo equeſtri Regio certamine habito, Dom. Clemens compoſuit ſymbolum pro Marchione de Beuvron, cujus pictura erat Bractea verſatilis inter duos ventos, hoc lemmate.*

NO MVNDO SE NO MVDAN.

Non mutor niſi mutent.

*Je ne change point s'ils ne changent.*

Quod certè tantum ingenii habet, quantum vix quicquam.

XXXVII.

XXXVII. *Eodem corpore uſus eſt Mauritius Sevus ad exprimendum amoris conſtantiam, quo proſequebatur ſuam Deliam. Lemmatis loco adjiciebat hunc verſum Petrarchæ.*

MILLE REVOLTES NE M'ONT ENCOR BOVGE.

V*erum magis quadraret Petrarchæ verſus ſequens.*

NE PER MILLE RIVOLTE ANCOR SON MOSSO.

Millies agitata nec ſemel mota.

# PLUVIA, ROS, NIX, GLACIES & GRANDO.



I. *Nubes in pluviam decidens.*

VOLUNTARIE REDDIT.

*Sans contrainte elle rẽnd, ce qu'elle a ramaſſé.*

In quendam, qui bonis ſuis ſua ſponte renuntiat; vel moribundus de ſuis benè diſponit.

II. *Cum propter ſuam magnam liberalitatem Franciſcum Ducem Mutinenſem poſt fata celebrare vellet Pat. Gambertius, nubem deſcribebat pluviam fundentem, hoc lemmate.*

POSCENTE NULLO.

*Sans que nul le demande.*

III. *Nubes in pluviam reſoluta.*

CONGREGATA DISPERTIT.

*Elle départ ce qu'elle a ramaſſé.*

In quendam bona ſua in infantes vel hæredes diſpertientem.

IV. *Nimbus in frumenta decidens eaque confringens.*

NE QUID NIMIS.

*Rien de trop.*

Omne nimium vertitur in vitium.

V. *Juſtis Mediolani Philippo* IV. *Regi Hiſpaniæ factis, nubes depicta erat in pluviam ſe reſolvens, hâc inſcriptione.*

SE EXHAURIT EGENTI.

*Elle s'épuiſe à faire du bien aux endroits qui en ont beſoin.*

Quo liberalis hujus Regis in egenos animus celebrabatur.

VI. *Nubes in pluviam deſtillans, cum his verbis* Jobi.

CONSUMITUR & PERTRANSIT.

*Elle paſſe & ſe diſſout.*

In

In hujus vitæ felicitatem.

VII. *Pluvia decidens in agrum.*

UT GERMINET.

*Pour le rendre fecond.*

Auxilio cœleſti noſtra bona opera perficiantur neceſſe eſt.

VIII. *Nubes in pluviam reſoluta ſuper horto.*

DIVES IN OMNES.

*Riche pour tous.*

Ex miſericordiæ fonte omnis generis hominibus gratia affunditur.

IX. *Academia quæ Romæ eſt* Humoriſtarum *pro ſymbolo gerit vapores elevatos ex mari ac in pluviam reſolutos, quique ita temperantur, ut aqua nec ſit amara nec ſalſa; quibus pro lemmate adjecta ſunt verba Lucretii.*

REDIT AGMINE DULCI.

*Elle quitte ſes amertumes.*

Quo ſignificare volunt, ſe exercitiorum academicorum ope indies majores progreſſus facere, vaporumque inſtar ſubtiliores reddi.

X. *Pluvia in petram decidens.*

IDEM IMBER, FRUCTUS DISPAR.

*Le meſme pluye & les fruits differens.*

*XI. Ros.*

DULCE REFRIGERIUM.

*C'eſt un doux rafraichiſſement.*

XII. *Glacies ſuper ſtramine in reponendæ glaciei officina.*

IN LEI M'ATTEMPO.

Ita conſervor.

*C'eſt ainſi que je me conſerve.*

Multum faciunt ad virtutem & innocentiam ſartam tectam retinendum vita ſolitaria, paupertas voluntaria cupiditatumque coërcitio.

XIII. *Grando.*

EX CALORE GELU.

*C'eſt la chaleur qui me glace.*

XIV. *Nix in floccos decidens.*

MIHI CANDOR AB ALTO.

*Ma blancheur vient d'en haut.*

Inculpate vivere Dei donum eſt.

XV. *Nix.*

ALBA SED FRIGIDA.

*Blanche mais froide.*

XVI. *Ager nive contectus.*

HINC MESSIS UBERIOR.

*La moiſſon en ſera plus abondante.*

XVII. *Nix.*

MEUS EST AB ORIGINE CANDOR.

*Ma blancheur eſt de mon origine.*

In

In Conceptionem S. Virginis immaculatam.

XVIII. *Sol nivem liqueſaciens.*

DECRESCIT QUO CÆTERA CRESCVNT.

*Ce qui fait croiſtre tout le reſte, la fait décroiſtre.*

XIX. *Nix ſuper altis montibus.*

IN ALTIS HABITAT.

*Elle demeure dans les lieux les plus élevez.*

Exulant in celebritate homines ſceleris puri, ſolitudinem eorum habitaculum proprium eſſe ſcias.

*XX. Ager nive contectus.*

LATUISSE JUVABIT.

*Il luy ſert d'eſtre ainſi caché.*

In quendam ſolitudinis amantem, ut literarum ſtudiis incumbat intellectumque perficiat.

*XXI. Globus niveus à monte devolutus.*

CRESCIT EVNDO.

*Plus elle va, plus elle a de force.*

XXII. *Non pauci ſunt ex Academicis* Gelatorum *nomine gaudentes Coloniæ, qui in ſymbolis ſuis habent nivem & glaciem. Cardinalis Litta*, Imperturbabilis *nomen gerens, uſurpabat nivem, quæ ligni fruſto comprimitur, ut diu conſervetur, hoc lemmate.*

COMPRESSA SOLIDIOR.

*Eſtant preſſée elle eſt plus ſolide.*

Quod ad eloquentiæ ſtylum pertinet.

XXIII. *Andreas Marianius gerebat quandam earum trabarum, quæ per glaciem raptantur.*

NON NISI PER GELIDVM.

*Il faut qu'il gele bien, pour y pouvoir aller.*

XXIV. *Comes Albertus Caprara, nivem decidentem.*

FIT CANDIDA GELV.

*Le froid fait la blancheur.*

Multum prodeſt ad innocentem mentem tuendum temperamentum frigidum.

XXV. *Angelus Coſpius legionis tribunus, navem ſuper mari glaciali.*

PERFICERE EST ANIMVS.

*J'ay du courage aſſez, pour achever ma courſe.*

XXVI. *Berlingierius Geſſi, Traham, qua per glaciem vehimur.*

NVNC IRE VOLVPTAS.

*C'eſt un plaiſir d'aller de cette ſorte.*

XXVII. *Terra nive cooperta.*

OPERTA TVMESCIT.

*Elle croiſt en ſe couvrant.*

Quod erat proprium Cardinalis Franciſci Barbarini, qui in ea ſocietate vocari amabat *Il Rinvigorito.*

XXVIII. *Florianus Malvezzi gerebat Officinam in qua nivis conſervatur.*

SIC

SIC VOS NON VOBIS.

*Ce n'eſt pas pour vous que vous la conſervez.*

XXIX. *Comes Franciſcus Maria Santinelle, Arvum in quod nix denſa cadit.*

HIS VEGETIOR.

*Il en ſera plus fertile.*

XXX. *Johannes Turchius, Globum niveum ex monte devolutum.*

ACQUIRIT EUNDO.

*Plus elle va plus elle croiſt.*

XXXI. *Comes Hypolitus Bentivoglius, Navieulam in glacie cujuſdam fluvii hærentem.*

SISTUNT UT MARMORA.

*Le marbre n'eſt pas ſi ſolide.*

Eſt quoddam genus hominum glaciei haud abſimile, quod nunc conſtantius eſt marmore, nunc inconſtantius nive.

XXXII. *Paulus Pieritzius, nivem ſuper frumentis.*

GELIDA FOVET.

*Toute froide qu'elle eſt elle échauffe la terre.*

XXXIII. *Comes Valerius Zanius, cui omne ſuum decus hodie debet hæc Academia ob vulgata horum Academicorum Elogia operaque alia præſtantiſſima, pro ſymbolo aſſumpſerat Fontem, hac epigraphe.*

MOX FLUET.

*Elle coulera bientoſt.*

XXXIV. *In Avarum deſcriptus eſt fons gelu adſcriptus, hoc lemmate.*

GELIDUS NON FLUIT.

*Eſtant gelée ne coule pas.*

XXXV. *Nebulæ ſoli oppoſitæ.*

LUCI QUOS EXTULIT OBSTANT.

*Ingrats vous nous cachez celuy qui vous élevez.*

In homines beneficiorum immemores.

XXXVI. *Academia* Auviatorum *utitur monte nive cooperto, unde omnes viæ præcluſæ, cum his verbis.*

TENTANDA VIA EST.

*Il faut s'y faire un chemin.*

Quod in eos competit, qui alicujus ſcientiæ primi inventores ſunt.

# IRIS.



I. *Nubes in qua iris apparet.*

UNDE INTONUIT.

*D'où partoient cy-devant, la foudre & les éclairs.*

In pacem.

II. *Iris cum Sole.*

TE RADIANTE MICAT.

*C'eſt à vos doux rayons qu'il doit tout ſon éclat.*

In quendam, qui omnem ſuam fortunam alii debet.

III. *Iris.*

POST NUBILA ET IMBRES.

*Aprés la pluye & les broüillards.*

In pacem.

IV. *Nubes in pluviam deſtillans, in qua iris apparet.*

FULMINIBUS PRIUS EMICUIT.

*Aprés les éclairs & la ſoudre.*

*Enfin l'Aſtre du jour fait voir,*
*L'effet de ſon divin pouvoir:*
*L'orage impetueux commence a ſe reſoudre*
*Les vents ſont en repos, & ce nuage épais:*
*Qui brilloit des traits de la foudre,*
*Porte les marques de la paix.*

VERSIO:

Tandem purpureo clareſcens lumine Titan
Divinæ quæ ſit virtutis adorea monſtrat.
Tempeſtas furibunda ſilet, nimboſus Orion
Vincitur, & Boreas ſterili ſtans vinctus in Arcto,
Non jam fulmineis proclamat acerba triumphis
Bella, ſed optatæ gerit alma inſignia pacis.

V. *Iris.*

PRÆMONET ET COMPESCIT.

*Il preſage la tempeſte, & il l'a fait ceſſer.*

Quod ſymbolum in feſtivitate, quæ Neapoli celebrabatur propter peſtem remittentem, comparuit, cùm in Sanctum peculiarem ab hâc urbe reciperetur S. Franciſcus Xaverius, quia eandem eum prædixiſſe & compeſcuiſſe perſuaſi erant.

VI.

VI. *Collegium Claromontanum genium amabilem Archiepiſcopi teneramque, quam ſua Diœceſeos habebat curam, efformaturum, iridem pingi curavit, hiſce verbis.*

MONETQUE, PLACETQUE MONENDO.

*Ses preſages ſont doux, ſes avis agreables.*

VII. *Iris à ſole meridiano formata.*

A MAGNO MAXIMA.

*Plus il eſt élevé plus j'auray de grandeur.*

Sicut majores plerumque depingit Sol irides, cum ſummus fertur, quàm cùm oritur aut occidit; ita ad majorem fortunam aſpirare poſſunt, qui Principibus adhærent ſummis potentiſſimiſque, quàm mediocri fortuna utentibus.

VIII. *Iris una parte contingens terram, altera mare, atque ad cœlum uſque ſe extendens.*

COELOQUE, SALOQUE, SOLOQUE.

*Je m'étens ſur la terre, au Ciel & ſur la mer.*

In Dei immenſitatem.

IX. *Iris ſuper nube in pluviam deſtillante.*

LUCET ET IN LUCTU.

*Et juſque dans le dueil elle brille, elle éclaire.*

In viduam quandam, vel in perſonam illuſtri ſtirpe claram, quæ ſplendore hujus ſeculi abdicato, ad religioſam ſe confert vitam ut pœnitentiam agat, quo ſimul ſe virtutibus ſuis inclytam reddit.

X.

*X. Iris cum Sole.*

SOL PERCHE MI RIMIRI
OGNUN MI AMMIRA.

Ad tuum adſpectum omnes me mirantur.

*Quand vous me regardez, tout le monde m'admire.*

In S. Virginem, cujus verba in Cantico ſunt: *Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ: Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.*

*XI. Iris.*

NITET ATQUE SERENAT.

*Il brille & rend la ſerenité*

In Principem, qui pacem reddit, atque exinde majorem gloriam reportat.

XII. *D. Clemens in pacem conſtituit Iridem, cum his verbis emphaticis.*

SOLIS OPUS.

*C'eſt l'ouvrage du Soleil.*

Quod ſymbolum à quorundam invido morſu arroſum eſt, acſi rei conceptæ parum congrueret, verum injuria id factum eſſe nemo non videt, quippe cùm ab initio mundi iris ſymbolum pacis fuerit, atque poſt viginti annorum decurſum, & quod excurrit, in ſymbolo ſolem Rex habuerit, certo certius eſt, pacem, quam toti Europæ dedit, cùm ejus potiri potuiſſet, haud concinniore modo exprimi potuiſſe. Non quadrat vero omni ex parte, ſi ad Regis ædificia referatur, eo quod Sol iridem formans pacem revera dat mundo, cujus lumina hoc meteoron quidem refert & ex ejus placidis efficitur

citur radiis, nihil autem commune habet cum ædificiis & navibus. Signa ſunt Zodiaci, quæ nomen domûs ſolis gerunt, iiſque feliciter uſus eſt Dom. Quinaut in conſtituendis ſymbolis navium, quæ hoc anno in æreis nummulis conſpicua fuêre.

XIII. *Dom. Perrault Academiæ Gallicæ civis pro Rege conſtituit idem, cum hac extrema verſus parte.*

TERRAS DEVINXIT OLYMPO.

*Il l'a reconcilié le Ciel avec la terre.*

Cujus applicationem hunc in modum dedit Dom. Felibianus: *Comme l'Arc-en-ciel eſt une aſſurance à la terre que le Ciel ne s'irritera plus contre-elle; ainſi la pieté de S. M. nous a mis à couvert de la colere du Ciel, aprés nous avoir reconciliez avec luy, & en avoir attiré la paix ſur nous.* i. e. Quemadmodum iris pignoris loco eſt terræ Cœlum non amplius indignaturum illi; ita & pietas Reg. Majeſtatis nos contra iram Dei facta prius noſtri cum eo reconciliatione, paceque nobis ab eo obtexit procurata.

XIV. *In Reginam depicta eſt iris, hoc lemmate.*

IN FOEDERA VENI.

*Je viens pour apporter la paix.*

Quia matrimonium ejus cum rege initum pacem effecit Pyrenæorum.

*XV. Iris.*

TERROR AMORQUE.

*Il ſçait ſe faire craindre, & ſçait ſe faire aimer.*

In Regem.

XVI.

XVI. *Catharina de Medicis Regina Franciæ pro ſymbolo habebat Iridem, cum his verbis Græcis.*

ΦΩΣ ΦΕΡΕΙ ΗΔΕ ΓΑΛΗΝΗΝ.

Luminis & ſerenitatis nuncia.

*Elle raporte la lumiere & la ſerenité.*

XVII. *Iris.*

SOLIS AD ASPECTUM.

*Aux regards du Soleil.*

XVIII. *Iris Soli oppoſita.*

DE LOS TUYOS LOS MIOS.

Ex tuis mei.

*De vos rayons naiſſent les miens.*

XIX. *Iris.*

STRINGIT HUMUM AMPLEXU.

*Il embraſſe la terre.*

*XX.* Iris.

SPLENDIDE MENDAX.

*Une belle apparence.*

*XXI. Areſius depinxit Iridem, cum his verbis Sacri Codicis.*

SPECIES EXHILARAT.

*La vüe eſt agreable.*

XXII.

XXII. *Eadem pictura utebatur quidam Academicus Piſtorienſis cum his verbis Ovidii.*

SI FUERINT NUBILA.

*Au milieu des broüillars.*

Quo notare volebat fore, ut aliquando Academicis exercitiis incumberet.

XXIII. *Iris.*

NIHIL ISTE MINATUR.

*Cet arc eſt deſarmé.*

In miſericordiam Dei vel in *S.* Virginem, quæ eſt mater miſericordiæ.

*XXIV. Eadem.*

IN FACCIA AL MIO BEL SOL
M'E RISO IL PIANTO.

Ex lachrymis meum decus.

*Mes larmes ſont ma glôire aux yeux de mon ſoleil.*

In converſionem S. Magdalenæ.

*XXV. Iris cum his verbis ex Sacris Literis.*

CIRCUMDATA VARIETATE.

*Belle d'une beauté diverſe.*

In Eccleſiam.

*XXVI. Iris.*

SERENITATIS NUNCIA.

*Je ſuis preſage heureux de la ſerenité.*

In

In quandam perſonam, cujus adventu pax atque requies redditur.

XXVII. *Iris Soli oppoſita.*

EX ADVERSO DECOR OMNIS.

*Son oppoſition fait toute ſa beauté.*

In quendam, qui cùm aliìs cujuſdam conſiliis reſiſtat, magnam adipiſcitur famam.

XXVIII. *Lucarinius conceptionem S. Virginis immaculatam repræſentaturus, iridem pingebat ſuper nube admodum nigra, hac epigraphe.*

EX NIGRA SED PURA.

*Si elle eſt noire elle eſt pure.*

XXIX. *In exequiis Ducis Sabaudiæ exhibebat P. Juglaris Iridem ad innuendum pacificationes ab hoc Principe factas, hac ſubſcriptione.*

CLARIOR PRÆEUNTE PROCELLA.

*Quand il ſuit la tempeſte, il en paroiſt plus clair.*

*XXX. Iris.*

NON COLOR UNUS.

*Il n'eſt d'une couleur.*

In hominis inconſtantiam.

XXXI. *Conſtituunt etiam ex hoc meteoro ſymbolum Trinitatis his tribus verbis adjectis.*

UNO

UNO LUMINE TRINUS.

*D'une même lumiere il ſe fait trois coleurs.*

Quod ita profert Taſſus.

CON TRE LUMI IN UN LUME
IDDIO RISPLENDE.

Quo ſignificat tres perſonas in una eſſentia.

XXXII. *Cum ſolenniter efferretur Turini Carolus Emmanuel Dux Sabaudiæ Anno* 1675. *Iris deſcripta eſt ſuper floribus ad jucundum ejus animum exhibendum quo ita valebat, ut ubicunque eſſet, ſumma hilaritate omnia expleret. Lemma erat.*

QUA CUBAT EXHILARAT.

*Tout pour le ſuit la joye.*

XXXIII. *Iridi Pat. Gambertius adſcribebat:*

COMMENDAT GRATIA DUPLEX.

*Une double beauté le rend recommandable.*

Quia delectat oculos & fœcundam reddit terram.

XXXIV. *Iris.*

COMPRIMIT IRAS.

*Il appaiſe le Ciel.*

In preces.

XXXV. *Iris, cum his verbis Claudiani.*

REDEUNT IN CLAUSTRA PROCELLÆ.

*Les vents & les tempeſtes ceſſent.*

XXXVI. *Iris, cum his verbis Ovidii.*

NULLUS AB ARTE DECOR.

*L'Art ne fait rien à ma beauté.*

In formoſitatem nativam.

XXXVII. *Iris.*

MVTVATA LVCE.

*Tout cet éclat trompeur, eſt éclat emprunté.*

In aliquem ſe valde jactantem aliorumque ornamentis ſuperbientem.

XXXVIII. *D. Charpentier uſus eſt Iride in ſymbolis pro æreis nummulis in fructus adventitios concinnatis hoc lemmate.*

PACTA SALUS.

*L'aſſurance du Salut.*

Quo alluditur ad ſignum quod in ſui reconciliationem dedit Deus poſt diluvium ; & ad rationem quam Rex ſervat in officiis tuendis, penſionem annuam pro iis exigens.

XXXIX. *D. Quinaut ex Academia Gallica compoſuit ſymbolum in Illuſtriſſ. Duciſſam* Sabaudiæ, *cujus corpus erat Iris, his verbis.*

INTER NUBILA FULGET.

*Je brille au milieu des nuages.*

Sicut Iris tempeſtate turbida per nubila denſa ſplendet ; ita regimen hujus Principiſſæ elucebat rebus etiam afflictiſſimis.

MADRIGAL.

*Les horreurs d'un funeſte orage.*
*Ont troublé l'heureux cours d'un Aſtre lumineux.*
*Mais j'ay ſa lumiere en partage,*

*Et*

*Et dans les plus ſombre nuage*
*Je brille de l'éclat des plus beaux de ſes feux.*

VERSIO.

Phœbe Decus Cœli, quâ tempeſtas noverca
Eriperis, radiosque negas diffundere terris,
Anne ſalutifero nobis dare gaudia curſu
Poſſes in obſcura ſemper ſi nube maneres?
At licet interdum cœca caligine preſſus
Luctèris; vinces ſurgentes mox tamen Hydras:
Nam manet igniferæ mihi quædam portio flammæ
Armorum, donique ſui, qua milito tecum
Atque novum terris affundo lumen opacis.

XL. *In honorem Principiſſæ de Carignan æreis nummulis inſculptæ ſunt nebula cum iride verbiſque ſequentibus.*

INFESTANT LUCEM NON FUNESTANT

*Ils troublent la lumiere & ne l'éteignent pas.*

In fortunam adverſam, qua generoſa mens premitur & opprimi non poteſt.

XLI. *Sol vapores ad ſe trahens, qui in rorem abeunt, cum iride.*

UT IRRIGET IMBRE BENIGNO.

*Pour en faire une douce pluye.*

Quando tributa à ſubditis ſuis Rex poſtulat, hunc in finem id facit ut reipublicæ bene ſit populique ſecuritas ſtabiliatur.

XLII. *Cùm Theſes ſuas Theologicas Cardinali Henrico Cajetano ſacraret Daniel Niger, Franciſcanus Po-*

*lonicus, ſymbola adjecerat Sacramenti Euchariſtiæ diverſos effectus exprimentia, quorum unum referebat iridem, hoc lemmate adſcripto.*

SERENITATEM ADFERT.

*Il amene la ſerenité.*

Titulus harum theſium ita habet: *Sacroſancti & adorandi Euchariſtiæ Sacramenti veritates aureæ ſymbolis circumornatæ.*

# AVES,

## AQUILÆ.



I. *Aquila pullum ſuum intuens, dum ſolem intueri incipit.*

LÆTATUR GENUISSE PAREM.

*Elle ſe rejoüit d'avoir fait ſon ſemblable.*

In quandam matrem, quæ cum filiam ſuam in eadem videat pietatis ac probitatis veſtigia inclinare, quæ ipſa longo abhinc tempore preſſit, magna lætitia afficitur.

II. *Aquilæ pullus.*

CRESCENS IN FULMINA.

*Il croiſt pour porter un jour la foudre.*

In filium cujuſdam magni tormentis bellicis Præfecti.

III. *Aquila ad ſolem volans.*

NO PUEDO MAS, NI QUIERO MENOS,

Non poſſum altius, nec volo minus.

*Je ne puis d'avantage, & je ne veux pas moins.*

In cujuſdam deſiderium ingens ut Principi ſuo innoteſcat.

IV. *Aquila ſolem intuens.*

Y NO MAS.

Nil amplius.

*Et rien plus.*

In quendam contemplatorem, qui præter Deum nil amplius deſiderat.

V. *Aquila verſus ſolem volans.*

FATIS CONFISVS AVORVM.

*Il ſuit de ſes Ayeux, les belles deſtinées.*

In quendam Principem ex ſtirpe Lotharingia.

VI. *Eadem.*

PATRIOS SEQVITVR AUSUS.

Quod ejuſdem argumenti eſt cum præcedente.

VII.

VII. *Aquila ſolem intuens.*

MIRATVR & AVDET.

*Son admiration l'a rendu plus hardi.*

VIII. *Aquila in aëre fulgurum in medio.*

NEC FVLGVRA TERRENT.

*Il ne craint point ces feux.*

IX. *Aquila ſolem intuens.*

NON INFERIORA SECVTVS.

*Il ne s'attache pas au moins conſiderable.*

X. *Aquila prædam dimittens, ut ſolem contempletur.*

GLORIA ME NON PRÆDA TRAHIT.

*J'aime la gloire, & non pas l'intereſt.*

XI. *Aquila verſus ſolem volans.*

COELOS DESPECTA TELLURE PETIT.

*Elle cherche le Ciel, & mepriſe la terre.*

In animam ſanctam.

XII. *Aquilæ pullus in medio fulgurum fulminumque.*

AVDENTIOR.

*Il en eſt plus hardi*

In animum intrepidum.

XIII. *Aquila pullos ſuos in aliud ſolum ferens.*

ALIAS JAM QVÆRITE TERRAS.

*Allez chercher d'autres pays.*

XIV. *Aquila accipitrem abigens.*

VIX CONSPECTA.

*Dés le moment qu'elle eſt vûe.*

In quendam bellicoſum, ad cujus adſpectum in fugam ſe conjiciunt hoſtes.

*XV. Aquila ſolem intuens.*

REGIA SVSTINET ALES.

*L'oiſeau Royal en ſoutient tout l'éclat.*

XVI. *Aquila prædam inter pullos ſuos diſpertiens.*

ALIIS PARS MAXIMA.

*La part la plus grande eſt pour les autres.*

XVII. *Aquila cum ſuis pullis.*

EDVCAT & TVETVR.

*Elle les eleve & les defend.*

In regimen demortuæ Reginæ.

XVIII. *Aquila cum pullis.*

AD VOLANDVM PROVOCAT.

*Elle les preſſe de voler.*

XIX. *Aquila ſolem intuens.*

IN SOLEM INTENDIT.

C'eſt

*C'eſt du Soleil ſeul qu'ell cherche.*

*XX. Eadem.*

PATERNÆ VIRTVTIS MEMOR.

*Suivant de ſes Ayeux l'exemple vertueux.*

XXI. *Eadem.*

AL PIU GRANDE MI AFFISSO.

Ad ſublimiora anhelo.

*Je m'attache au plus grand.*

In aulicum, qui totum ſe tradidit Regi.

XXII. *Aquilæ ſolem intuentes.*

INSTAR PATRIS AMANT.

*Ils l'aiment tous comme leur Pere.*

In cujuſdam conſularis Viri infantes, qui Regis ſervitio eſt ſacratus.

XXIII. *Aquila fulmen gerens ſolemque intuens.*

SOLI DEVOTA JOVIQUE.

In Magiſtratum Deo & Regi fidum.

*XXIV. Aquila ſolem intuens.*

HINC FORTIOR IBIT IN HOSTEM.

*Aprés il combatra plus vigoureuſement.*

*XXV. Aquila ſuper multis aliis avibus.*

PRÆVERTITUR OMNES.

*Elle va au de là de tous les autres.*

In quendam ingenio prævalentem.

*XXVI. Aquila pullum ferens.*

VIRTVTEM EX ME.

*Apprenez à me ſuivre, imitez va vigueur.*

Quæ fidelis Patris imago eſt,quando infantibus ſuis præit bono exemplo.

XXVII. *Aquila in medio fulgurum & fulminum.*

TUTA MAJESTAS.

*Ma dignité me met au-deſſus de ces foudres.*

XXVIII. *Aquila nubibus altior.*

FRUSTRA TERREBERE NIMBIS.

*En vain ces mauvais temps voudroient me faire peur.*

*XXIX. Aquila cum pullo.*

EDUCAT UNUM.

*Elle en éleve un.*

In educationem filii natu maximi, cujus plerumque major eſt cura quàm cæterorum.

*XXX. Aquila ſolem intuens.*

DEL SOL LOS RAYOS GOZA.

Radiis ſolaribus gaudet.

*Il joüit des rayons de cette Aſtre brillant.*

In Sanctum quendam gloria cœleſti fruentem.

XXXI.

*XXXI. Aquila fulmen gerens ſolemque intuens.*

UTROQUE POTENS.

*Egalement puiſſant & de l'un & de l'autre.*

Quod ad actionem trahendum eſt & ad contemplationem.

XXXII. *Illuſtris Domus de Capoüe Neapoli habet pro ſymbolo Aquilam, his verbis.*

NEGLIGIT IMA.

*Elle mepriſe tout ce qu'il y a de bas.*

XXXIII. *Cùm Dominus Abbas Pelot theſes Philoſophicas defenderet in Collegio Harcourt, exſculpta fuit effigies pulli Aquilini ſolem intuentis, ad exemplum magnæ Aquilæ, his verbis:*

MONSTRATUM SECTATUR ITER.

*Il ſuit le chemin qu'on lui a montré.*

Quod explicatum eſt elegantibus verſibus latinis, in laudem hujus Abbatis & Domini ſui Parentis primi Præſidentis Parlamenti in Normandià.

*XXXIV. Pulli Aquilini qui intuentur ſolem.*

CRESCUNT VIRES, ANIMIQUE VIDENDO.

*C'eſt en le regardant qu'ils reprennent leurs forces.*

In fortitudinem, quam oſtendunt noſtri milites in præſentia ſuæ majeſtatis.

*XXXV. Mareſcotti Bononienſes gerunt Aquilam intuentem ſolem.*

SANS

SANS DOUTER.

Sine dubio.

In vivam fidem.

XXXVI. *Morandi ejuſdem loci gerebant eandem.*

VICISSIM.

*L'un a l'autre.*

XXXVII. *Eſtoardi in Delphinatu Aquilam inter nebulas.*

DABIT VIAM.

*Elle ſe ſera paſſage.*

XXXVIII. *Dionyſius Salvinga Boiſſinus, primarius Præſis Cameræ Rationum in Delphinatu, habet pro ſymbolo Aquilam.*

REGI DEVOTA JOVIQUE.

A *Dieu & au Roy.*

XXXIX. *Domus Peypia in eadem Provincia & in Breſſia Aquilam.*

NEC TEMERE NEC TIMIDE.

*Ny timidement ny temerairement.*

*XL. Aquila ſolem intuens.*

QUIEN LO MIRO NO TEME EL DIO.

Illum qui adſpicit haud diem veretur.

*Qui le garde ne contraint point le jour.*

Qui

Qui contemplatur Deum in ſuis actionibus, non timnet ad illarum conſpectum.

XLI. *Aquila in aëre, & ſagittæ arcu emiſſæ.*

HAUD ULLÆ POTUERE.

*Elles n'ont pû l'atteindre.*

In quendam, qui eſt extra calumniarum ſortem poſitus.

XLII. *Aquila liberiorem in cacumine montis captans aërem.*

IN ARDUIS.

*Dans les lieux les plus hauts, & les plus difficiles.*

In hominem cordatum & ambitioſum.

XLIII. *Aquila aſcendens in aëre.*

LA DROITE VOYE.

Via recta.

Quod eſt ſymbolum Domûs de Montchenu in Delphinatu.

XLIV. *Aquila magna in aëre, ubi alas ſuas extendit.*

PENNÆ NIDO MAJORES.

*Il a les aîles plus étenduës, que ſon nid.*

Symbolum hoc fuit factum in præfectum tormentis bellicis de Leſdiguieres, qui ex mediocri fortuna, ad primam Coronæ dignitatem pervenit.

XLV. *Cum Margareta Auſtriaca conjux Philippi* III. *Regis Hiſpaniæ tranſiret per Alexandriam maritum quæſitum, pinxerunt ſuper arcu quodam triumphi*

*phi in ſui receptionem habiti anno* 1599. *Aquilam quæ intuebatur ſolem, his verbis.*

VIVO EX LUMINE.

*Je vis de la lumiere.*

XLVI. *Anna de Rohan Principiſſa Gimenenſis habebat pro ſymbolo Aquilam cum ſuis pullis, & hiſce verbis.*

SPES DURAT AVORUM.

*L'Eſperance de nos Ayeux nous reſte encore.*

XLVII. *Domus d'Altvillars aut Arvillars in Delphinàtu, Aquilam.*

NUBE ALTIUS.

*Au deſſus des nuës.*

XLVIII. *Joannes Baptiſta de Azzia, Marchio de la Terze Aquilam pugnantem contra ſerpentem.*

SEMPER ARDENTIUS.

*Toûjours plus ardamment.*

In hominem, qui in ſuo propoſito perſeverat.

XLIX. *Comes Clemens Pietra Aquilam, alas ſuas comburentem ad ſolem.*

AUDE ALIQUID DIGNUM.

*Il faut oſer quelque choſe de grand.*

L. *Sigiſmundus Rex Poloniæ, habuit in ſuis numiſmatibus pro ſymbolo Aquilam, his verbis.*

JO-

JOVI SACER.

*Sacré à Jupiter.*

LI. A*quila quæ tendit ad ſolem.*

NEC OCIUS, NEC ALTIUS.

*Ny plus viſte, ny plus haut.*

In ingenium facile & ſublime.

LII. A*quila.*

PER SUPREMA PER IMA.

*Par tout également je fàis voir qui je ſuis.*

LIII. A*quila intuens ſolem cum hoc verſu Petrarchæ.*

E QUANTO IL MIRO PIU TANTO PIU LUCE.

Quo diutius eum aſpicio, eo intenſius ejus lumen amo.

*Plus je le vois plus j'aime ſa lumiere.*

LIV. A*quila in medio fulminum & fulgurum.*

NI MATARME, NI SPANTARME.

Nec nocent, nec terrent.

*Ils ne peuvent me nuire, & bien moins m'étonner.*

In hominem audacem & intrepidum.

LV. A*quila ſuper ſcopulo altiſſimo in medio maris.*

REQVIES TVTISSIMA.

*Mon repos eſt plus ſeur dans ces lieux ecartez.*

In

In hominem ſolitarium & ab hominum commercio remotum.

LVI. *Pullus Aquilæ, qui non niſi plumeſcere incipiebat, volens egredi nido ſuo, ut ſequeretur Patrem volantem.*

QUIS MIHI DET PENNAS?

*Qui me donnera des ailes?*

Hoc eſt votum animæ cupientis ſe uniri cum Deo.

LVII. *Aquila cum Dracone pugnans.*

DONEC PERIMAT.

*Juſqu'à ce qu'il le tuë.*

In pugnam cruentiſſimam.

LVIII. *Aquila in medio fulminum.*

NON *JUS* HABUERE NOCENDI.

*Ils n'ont pû lui nuire.*

In tentationes *S*ancti Antonii, aut alius cujuſpiam *S*ancti.

LIX. *Aquila.*

DEO ET CÆSARI.

A *Dieu & à Ceſar.*

In hominem Nobilem, qui vitam ita inſtituit ut ſerviat Deo & Principi.

LX. *Aquila pullos ſuos ſub alis fovent.*

DONEC ADOLEVERINT.

*Juſ-*

*Juſqu'à ce qu'ils ſoient grands.*

In infantes ſub Tutore.

LXI. *Aquila cum his verbis Jobi.*

DE LONGE OCULI EJUS PROSPICIUNT

*Ses yeux decouvrent de loin.*

LXII. *Aquila diſtribuens prædam ſuam ſuis pullis.*

NON SIBI PROVIDA SOLI.

*Ses ſoins s'étendent à d'autres.*

LXIII. *Aquila, quam ſequitur grex volucrum poſt illam clamans.*

QUAS EGO.

*Si je vais à vous.*

LXIV. *Aquila Solem intuens.*

ARDET ET ASPICIT UNUM.

*C'eſt pour luy ſeul qu'il a des yeux & de l'àrdeur.*

LXV. *Aquila intuens Solem.*

OVE L'OPRA NON PUO, GIUNGA IL DESIO.

Quo aliis non licet, deſiderio licet.

*J'y porte mes deſirs ſi je n'y puis aller.*

LXVI. *In Luſu equeſtri curulique Regis celebriori, Dux de Navailles habebat Aquilam intuentem Solem, his verbis.*

PROBASTI.

*Vous m'avez éprouvé.*

Hæc inſcriptio alludebat ad Regem Solem pro ſymbolo habentem.

LXVII. *Marchio de Villequier Aquilam, cum his verbis.*

UNI MILITAT ASTRO.

*Un Aſtre ſeul attire ſes regards.*

LXVIII. *Ludovicus de Gonzague, Marchio de Caſtillon & de Solferino Aquilam intuentem ſolem.*

PURCHE NE GODAN GLI OCCHI ARDAN LE PIUME.

Ardeant plumæ, modo oculi gaudeant.

*Que ſes plumes ſe brûlent pourvû que les jeux en joüiſſent.*

Hoc ſymbolum ſæpius imitatione dignum habitum eſt. In Luſu Regis equeſtri curulique, Marchio de *Turi* ſolum tranſtulit verſum Italicum in hæc verba Hiſpanica.

GOSSEN LA VISTA, QVEMEN LAS PLVMAS.

*LXIX. In ſolennitate, quæ fuit inſtituta Panormi anno 1664 in honorem ſanctæ Roſaliæ, quod peſte urbem liberaverat, videbantur multa de Aquila ſymbola, quippe ea inſigne Urbis eſt. Erant tres quatuor depromtæ ex Libro Jobi, ubi loquitur de Aquila.*

IN ARDVIS PONIT NIDVM SVVM.

*C'eſt aux lieux elevez, qu'elle ſe fait ſon aire.*

Quia hæc Sancta ſuum fecerat receptaculum in monte.

*Aqui-*

*LXX. Aquila ſuper Petra.*

IN PETRIS MANET.

*Dans les rochers elle fait ſa demeure.*

LXXI. *Eadem.*

IN PRÆRVPTIS SILICIBVS COMMORATVR.

*Dans les lieux écartez elle fait ſa demeure.*

LXXII. *Aquila.*

VBICVNQVE CADAVER FVERIT STATIM ADEST.

*Elle eſt d'abord ou l'on voit des cadavres.*

In Peſtem Panormi graſſantem.

LXXIII. *Aquila cum pullis, ſuper quos extendit alas.*

SIT VOS SERVARE TRIVMPHVS.

*Ma gloire eſt vous conſerver.*

*LXXIV. Tres Aquilæ lepores vorantes ad medendum ſuis morbis, his verbis Claudiani.*

ASTRINGIT SVA QVAMQVE SALVS.

*Chacune penſe à ſon ſalut.*

*LXXV. Multæ Aquilæ intuentes ſolem, his Virgilii verbis.*

OMNES AMOR VNVS HABET.

*Tous ont une même objet de leurs empreſſemens.*

*LXXVI. Pulli Aquilini ſub alis ſuæ Matris.*

SVB VMBRA ALARVM TVARVM.

*Sous l'ombre de vos aîles.*

LXXVII. *Aquila rejuveneſcens.*

IN ID IPSUM.

*En ſon premier eſtat.*

LXXVIII. *Aquila ſolem intuens.*

VIRES HINC ATQUE DECUS.

*J'en prends un autre éclat, & des forces nouvelles.*

LXXIX. *Pullus Aquilinus magnam Aquilam ſequens, his verbis Virgilii.*

SEQUOR, ET QUA DUXERIS ADSUM.

*Je vous ſuivray par tout, ou vous voudrez aller.*

LXXX. *In Ludicris Equitum pugnis Sinæ anno 1602 celebratis, Eques quiſpiam habuit Aquilam ſuper nubibus, his verbis.*

PURIORE FRUITUR COELO.

*Il trouve un ciel plus clair & plus ſerein.*

LXXXI. *Aquila ſub nebulis, expectans lucem ſolis.*

SATIABOR CUM APPARUERIT.

*D'abord qu'il paroiſtra je ſeray ſatisfait.*

In animam deſiderantem Deum ſibi uniri.

LXXXII. *Capellanus Academiæ Gallicæ civis gerebat Aquilam elevantem ſe in aëre.*

VIAMQUE AFFECTAT OLYMPO.

Il

*Il cherche à s'élever juſqu'au plus haut du Ciel.*

LXXXIII. *Aquila intuens ſolém.*

NON TERRET FULGOR.

*Son éclat ne l'eblouït pas.*

LXXXIV. *Pulli Aquilini intuentes Solem.*

DEGENERES LUX ARGVIT.

*Sa lumiere fait voir tous ceux qui degenerent.*

LXXXV. *Pullus Aquilinus inſequens Aquilam grandem.*

PATRE VIAM MONSTRANTE.

*Il ſuit les traces de ſon Pere.*

LXXXVI. *Maximilianus Bethunienſis, Dux de Sully, ſupremus Tormentorum bellicorum Præfectus, Aquilam uſurpabat fulmen tenentem.*

QUO JUSSA JOVIS.

*Où le grand Jupiter veut que j'aille pour lui.*

Hoc admirabile ſymbolum excogitatum fuit à Roberto Stephano.

LXXXVII. *Aquila ſolem intuens.*

SOLIS JUBAR UNICA PERFERT.

*Seule elle peut ſouffrir tout l'éclat du Soleil.*

Quod plerumque applicatur Sanctæ Virgini.

LXXXVIII. *Aquila ſolem intuens.*

OCULO IRRETORTO.

*D'un œil fort & hardi.*

LXXXIX. *Aquila ſuper ſcopulo altiſſimo.*
TUTO SUBLIMIUS HÆRET.
*Elle eſt en aſſurance eſtant plus élevée.*

XC. *Aquila exponens pullos radiis Solis.*
EX LVCE GENVS.
*A la lumiere on voit leur origine.*

XCI. *Aquila ſolem intuens.*
SOLA CAPAX SOLIS.
*Seule elle peut ſouffrir cette vive lumiere.*

XCII. *Aquila intuens ſolem, his verbis Pſalmi* 122.
AD TE LEVAVI OCVLOS.
*A vous ſeul j'éleve mes yeux.*

XCIII. *Defuncta Regina habebat pro ſymbolo Aquilam alas ſuas extendentem ſuper binos pullos, ad inſtar ſe defendentis, his verbis*
ET NOS ET NOSTRA TVEMVR.
*Nous ſçavons nous defendre, & nous, & nos petits.*

In bella ſub Reginæ regimine geſta.

XCIV. *Irena Caſtriot Principiſſa de Biſignan gerebat Aquilam ſolem intuentem.*
CHE MI PUO FAR DI VERA GLORIA LIETA.
Ex eo uno mihi felicitas & gloria.
*Luy ſeul fait mon bonheur, & luy ſeul fait ma gloire.*

Quod

Quod ad ſponſum ſuum applicabat. Idem de Deo poteſt dicere mens ſanctæ vitæ ſtudens.

XCV. *Phibertus Secundus Sabaudiæ Dux, Aquilam in medio tempeſtatum.*

PRÆSTANTIOR ANIMUS.

*J'en fais voir plus de cœur.*

XCVI. *Carolus Dux ultimus Geldriæ Aquilam in aëre elevatam.*

ALTIORA PETO.

*Je prens plaiſir à m'élever en haut.*

XCVII. *Franciſcus Gonzague Cardinalis militari vita cum eccleſiaſtica commutata, in ſymbolum aſſumebat Aquilam ſuper acervo ex ramis olivarum facto.*

BELLA GERANT ALII.

*Que les autres faſſent la guerre.*

XCVIII. *Familia illuſtris de Coligny, quæ in inſignibus ſuis habet* Aquilam, *pro ſymbolo gerebat Aquilam ſolem intuentem, cum ſuis pullis & his verbis.*

IE LES EPROUVE TOUS.

Omnes ego probo.

XCIX. *Familia de Montmayeur in* Sabaudia, *habet Aquilam.*

UNGUIBUS ET ROSTRO.

*Et de bec & de griffes.*

Quod etiam ſymbolum eſt civitatis Avenionis, cujus inſignia ab æſalonibus ſuſtinentur.

C. *Quædam ſtirps domûs Palavicinorum in Italia pro ſymbolo quoque gerit Aquilam ſolem intuentem.*

SERVIR Y AGUARDAR.

Ad ſerviendum & videndum.

*Je ſuis né pour le voir & né pour le ſervir.*



CI. *Aquila teſtudinem in aërem evehens ut in petram demiſſum putamen frangatur.*

ELEVAT UT ALLIDAT.

*C'eſt pour la froiſſer qu'elle l'éleve.*

Quod in fortunam quadrat qua plerumque homines *Tolluntur in altum ut lapſu graviore ruant.*

CII. *Dom. Charpentier ex Academia Gallica ad expri-*

*primendum felicem ſucceſſum, quo naves noſtræ Piratas Turcicos expugnaverant, Aquilam conſtituit per aërem volitantem, cum his verbis.*

TOUT ME SUIT, OU ME CRAINT.

Omnia me fugiunt, aut timent.

Quo eleganter potentia Regis depingitur, quam in maritima exercet.

CIII. *Aquila, quam multæ aves aliæ ſequuntur, at aſſequi non poſſunt.*

SEQUUNTUR, NON ASSEQUUNTUR.

*Ils le ſuivent toûjours, & ne ſçauroient l'atteindre.*

In aliquem, qui multos & virtutum & meritorum habet imitatores, qui tamen eum æquare haudquaquam norunt.

CIV. *Aquila cum ſuis pullis ſolem intuentibus.*

MEI NON DEGENERANT.

*Les miens ne degenerent point.*

CV. *Aquila alteram alam extendens.*

NON SUFFICIT UNA.

*Une ſeule ne ſuffit pas.*

Non eſt ſincera pietas, ubi ſpiritus tantum ad Deum elevatur, corde non præſente.

CVI. *Aquila in aere deorſum proſpiciens.*

DE LONGE PROSPICIT.

*Elle decouvre de loin.*

In quendam, qui futura prævidet.

CVII. *Aquila, quæ roſtro ad petram contuſo mutationem ſubit.*

HÆC DAMNA JUVABUNT.

*Le mal qu'elle ſe fait eſt la ſource d'un bien.*

In animam ſanctitate inclytam, quæ vitæ auſteritate ſuum corpus mortificat.

CVII. *Aquila ex mutationis ſorte emergens.*

RENOVATA JUVENTUS.

*La jeuneſſe eſt renouvellé.*

CVIII. *Aquila pullum adulterinum præcipitans.*

HÆREDEM NEGAT ESSE SUUM.

*Il ne veut point le reconnoiſtre.*

In Patrem quendam, qui filium ſuum non pro legitimo habet.

CIX. *Aquila ſuper ſuo nido.*

PAR ÆDIBUS HOSPES.

*L'Hoſte eſt égal à la demeure.*

Quod ſymbolum hoc diſticho morali exornatum eſt:

ÆQVALES NIDO PENNÆ, PAR ÆDIBVS HOSPES.
FORTVNA MAJOR NEC MINOR ESTO TVA.

Utrumque autem à Patre Abbate inventum eſt.

CX.

CX. *Ad oppugnandum ſymbolum Caroli quinti, quod eſt duarum columnarum Herculis cum hoc lemmate:* PLUS OUTRE, *& civitatis Veſuntionis, quod eſt Aquilæ has duas columnas tenentis; cum hoc lemmate:* UTINAM; *Aquila iiſdem columnis affixa depicta eſt, his verbis.*

NON VLTRA METAS.

*Vous ne paſſerez pas ces bornes.*

Quæ verba in lingua latina magnam gratiam habent, quia ad obſidionem Metanarum (*Mets*) alluditur, ubi Dominus de Guiſe felices Caroli Quinti ſucceſſus ſtitit.

CXI. *Carolus Emanuel Dux Sabaudiæ profecturus ut ſe matrimonio jungeret cum Sarragoſſa Catharina Infanta Hiſpaniæ, Caroli Quinti nepte, pro ſymbolo in curſu quodam equeſtri in has nuptias celebrato accipiebat* Aquilam *ſolem intuentem, hac ſubſcriptione.*

NON DEGENERO.

*Je ne degenere pas.*

Quo indicabat ſe veſtigiis Majorum ſuorum velle inſiſtere.

CXII. *Cum in beatorum numerum Turini adſcriberetur* S. *Franciſcus de Sales,* Aquilam *pro ſymbolo conſtituebat Pat. Johannes Baptiſta Ferrarius, quæ pullis ſuis ſolem monſtrabat, quo innuere volebat hunc virum ſanctum artem* Amandi *Deum & alios per librum ſuum,* de Amore Divino *docuiſſe, & ſe ipſum in ea, dum librum componebat, toto animo exercuiſſe. Lemma erat tale:*

MEN-

MENTRE IL MOSTRO LO GODO.

Aliis quem oſtendo, oculi mei ſunt repleti.

*Mes yeux en ſont remplis quand je le montre aux autres.*

CXIII. *Aquila ultra nubes.*

VLTRA NVBILA.

*Au de là des nuages.*

In mortem cujuſdam viri illuſtris carcere detenti.

XXI. *Avis in cavea.*

L'ESCA MI DONAN, E LIBERTA M'E TOLTA.

Paſcor captiva.

*On me nourrit, mais on me tien captif.*

In quendam, qui in captivitate benè excipitur.

XXII. *Aves in aviario, cum his verbis Virgilii.*

NEC SPES ULLA FUGÆ.

*Sans pouvoir s'échaper.*

XXIII. *Aves à noctua captæ.*

LUDENDO CAPIMUR.

*En joüant nous ſommes pris.*

*Lu-*

XXIV. *Luſcina in cavea.*

PIETO COL DOLCE CANTO JO NON IMPETRO.

Nil fauſti ex cantu tam dulci.

*Un chant ſi doux ne me rend pas heureux.*

XXV. *Thomas Scarampius in Academiam* Intentorum *ſub nomine Taciturni receptus in ſymbolum ſibi eligebat Luſciniam minorem ab alia majore cantare diſcentem, hoc lemmate.*

CUM TEMPORE REDDET.

*Avec la temps il chantera de meſme.*

XXVI. *Luſcina in campo.*

DESERTUM FACIT ESSE DISERTUM.

*Le deſert de ſes chants retentit à toute heure.*

In ſolitudinis amantem, qui laudes Dei cantat.

XXVII. *Luſcinia mas apud fœmellam ova parientem cantans.*

MODULATUR PARITURÆ.

*Il luy chante avec joye avant qu'elle ſoit mere.*

In Poëtam, qui verſus compoſuerat in graviditatem Conjugis S. Delphini.

XXVIII. *Luſcinia.*

VOX NIL ULTRA.

*Il a de la voix, & rien autre.*

In Muſicum, qui nil aliud ſcit quàm canere.

*XXIX. Luſcinia.*

SCIENTIAM HABET VOCIS.

*Il a la ſcience de la voix.*

In excellentiſſimum artis Muſicæ Magiſtrum.

*XXX. Avis ligata, quæ avolare conatur.*

VINCULA PROHIBENT.

*Mes liens m'empêchent.*

*XXXI. Avis urnas minutas ad ſe trahens ad vitam ſuſtentandum neceſſarias.*

HOC OPUS, HIC LABOR.

*Tout mon travail n'eſt que pour vivre.*

In artificem, qui ſuo labore nihil præter neceſſaria ſibi comparare poteſt.

# COLUMBÆ.



I. *Columbæ in columbario cùm aliis avibus domeſticis.*

BONORUM BONA SOCIETAS.

*Avec les bons la compagnie eſt bonne.*

II. *Grex columbarum.*

TENDIMUS UNA.

*Nous allons enſemble.*

III. *Columba, cujus quædam pennæ deciderunt.*

DABUNT TEMPORA PENNAS.

*Mes plumes reviendront.*

In quendam, qui nihil ſcribit niſi occaſione exigente.

IV. *Columba alba.*

IN NIVIBUS CONTENTA SUIS.

*Contente de ſa blancheur.*

Qui ſceleris eſt purus, optime ſecum eſt contentus.

V. *Columba.*

NEC SÆVA, NEC RAPAX.

*Ny cruelle, ny violente.*

VI. *Columba.*

NON PASCITUR CADAVERIBUS.

*Elle ne ſe nourrit pas de cadavres.*

In quendam, qui de mortuis nil niſi bene loquitur.

VII. *Eadem.*

NESCIA FELLIS.

*Vel*

SINE FELLE.

*Sans fiel.*

VIII. *Columba nidificans in turri æris campani.*

TUTA QUIES.

*Un repos aſſuré.*

In animam innocentem ad eccleſiaſticam dignitatem aſſurgentem.

IX. *Academia* Partheniorum *Romæ gerit Columbam bene olentem, ut alias ſecum trahat.*

IN ODOREM.

*Son odeur nous attire.*

In quendam virtutibus inſignem, ſuoque exemplo alios ad eam colendam attrahentem.

X. *Columba ad Columbum, qui albus eſt, advolans.*

AD CANDIDA.

*Vel*

ALLICIT CANDOR.

*La blancheur m'attire.*

In aliquem innocentiæ & integritatis amantem.

XI. *Columba molliorem avium plumam ſuſtollens ad nidum pro pullis componendum.*

MOLLIUS UT CUBENT.

*Pour les coucher plus mollement.*

Quod in eos quadrat, qui omnem movent lapidem, ut pauperibus & malè habentibus benè fiat.

XII. *Columba.*

GEMITIBUS GAUDET.

*Elle aime à gemir.*

In quendam pœnitentiæ ſtudio ductum.

XIII. *Par columbarum, quod eſt concordiæ ſymbolum.*

DIV ET CONCORDES.

*Toûjours enſemble, & toûjours bien unis.*

In quorundam feſtivitatem matrimonialem.

XIV. *Tres columbæ una ſagitta transfixæ.*

ICTV SIC FIGIMVR VNO.

*De meſme coup on nous perce toute trois.*

In tres filias, quæ ab matrem amiſſam admodum triſtantur.

*XV. Columba ſuper tropæo vel galea nidificans.*

IN ARMIS OTIA TRACTAT.

*Paiſible entre les armes.*

XVI. *Columba ovis incubans.*

VITAM FOVEO DISCRIMINE VITÆ.

*Ma vie eſt en danger pour la donner aux autres.*

In fœminam, cujus puerperium eſt anceps & periculoſum.

XVII.

XVII. *Columbæ foliis lauri veſcentes ut ſanentur.*

VT SANEMVR.

*Pour nous guerier.*

In quoſdam literarum ſtudio incumbentes ut paſſiones ſubigant habituſque malos dediſcant.

XVIII. *Columba ad radios Solis.*

DAL TVO LVME I MIEI FREGGI.

Ex tuo meum augetur lumen.

*De voſtre éclat vous augmentez le mien.*

XIX. *Columba circa viſcatas virgas pictas & coloratas ut alias adtrahat.*

NIMIVM NE CREDE COLORI.

*Ne vous fiez pas trop aux belles apparences.*

*XX. Sol columbam illuminans cum his verbis ex quodam Hymno.*

AVGENS DECORO LVMINE.

*Il en accroiſt l'éclat par celuy de ces feux.*

XXI. *Sol ad oram rivi, ubi rapacis avis apparet umbra.*

VEL VMBRAM CAVEO.

*J'en crains l'ombre.*

In alicujus conſcientiam teneram, qui & criminis ſpeciem horret.

XXII. *Columba ore plagas inferens alii.*

QVAM DILIGIT.

*Quoy qu'il l'aime.*

In fraternam correctionem ex charitate naſcentem.

XXIII. *Columba extenſis alis volans, quas tamen non movet.*

QVIESCIT IN MOTV.

*Et dans ſes mouvemens elle ſemble en repos.*

XXIV. *Sagitta filum, cui columba alligata erat, ſolvens.*

COMPEDITAM SOLVIT.

*Il la met en ſeureté.*

Morte liberamur ex diuturna quadam ſervitute.

*XXV. Columba.*

VNI SERVO FIDEM.

*Fidele au ſeul que j'aime.*

In uxorem marito ſuo fidam.

XXVI. *Columba ad Solem.*

IN LVCE LVCIDIOR.

*Au grand jour plus brillante.*

XXVII. *Columba ſocio ſuo amiſſo.*

MISERA VIVO IN LIBERTATE AMARA.

Je

*Je vis en liberté, mais triſte & malheureux.*

In Viduam.

XXVIII. *Columbæ ad columbarium redeuntes, cum his verbis Virgilii.*

ASSVESCERE MVLTVM EST.

*C'eſt beaucoup de s'accoûtumer.*

In bonam conſuetudinem.

# ALAUDAE, & COTURNICES.



I. *Eſt quædam inter alaudas, quæ cæteris omnibus videtur praire & volando & cantando. Hinc ſymbolum natum eſt in Aßumptionem S. Virginis, cum his verbis.*

OMNIS

OMNIS QUAM CHORUS ET SOCII COMITANTUR OVANTES.

*Une troupe nombreuſe en chantant l'accompagne.*

II. *Alauda ſub coelo ſereno.*

COELO CANORA SERENO.

*Durant le beau temps elle chante.*

III. *Eadem tempeſtate pluviosâ.*

SUB PLUVIO SILET.

*Durant la pluye elle ſe tait.*

Quod utrumque in quandam perſonam effictum eſt, quæ rebus proſperis gaudet, afflictis triſtatur.

IV. *Alauda in aëre.*

CONCINO DUM ELEVOR.

*Je chante en m'élevant.*

V. *Eadem.*

QUO ALTIUS, EO SUAVIUS.

*Plus je m'éle, & plus j'ay de plaiſir.*

In contemplationem.

VI. *Alauda in aëre.*

MODULATUR ELATA.

*Elle chante eſtant élevée.*

VII. *Pro vidua quadam Coturnicem depinxit Abbas Ferro, quæ matutinis horis lugubriter cantat.*

INGEMET AD ORTUM.

*Au lever du Soleil je commence à gemir.*

AC-

# ACCIPITRES. & FALCONES.



I. *Accipitres prædam intuentes & clamantes.*

BELLA PARANT.

*Ils s'excitent au combat.*

In juventutem, quæ Academicis exercitiis inſtruitur.

II. *Accipiter.*

AQUILIS GENEROSIOR ALES.

*Il a plus de cœur que les aigles.*

Quod in defunctum Regem Ludovicum XIII. excogitatum eſt.

III. *Accipiter ad perticam & cucullum rediens.*

ULTRO AD VINCULA REDIT.

*De luy meſme il retourne à ſes premiers liens.*

In quendam ad vincula ultro revertentem.

IV. *Falco ſuper pugno.*

AD NUTUM.

*Où l'on veut s'en ſervir.*

In Religioſi obedientiam.

V. *Falco ſuo cucullo & habenis elapſus.*

ET NOX ET VINCLA SEQVVNTVR.

*Ses liens & ſes tenebres le ſuivent.*

In peccatorem, qui in perverſa conſuetudine & cœcitate perſeverat.

VI. *Accipiter ſuper pertica venatione peracta.*

VINCULA RESTANT SOLA MIHI.

*Il ne m'en reſte que mes liens.*

In

In quendam, qui omnibus probe peractis in vincula publica conjicitur.

VII. *Accipiter omni nixu contendens ut tintinnabulum ſuum abjiciat.*

FAMA NOCET.

*Un ſi grand bruit me nuit.*

Eſt quædam fama, quæ plus obeſt quàm prodeſt.

VIII. *Philippus Comes de Hanaw gerebat Accipitrem libero ſe permittentem Coelo.*

QUO ME VOCAT INSITA VIRTUS.

*Où m'appelle la vertu qui m'eſt naturelle.*

IX. *Accipiter perdicem pedibus tenens aliamque perſequens.*

ARTA TENENS, NON PARTA SEQUOR.

*Je tiens ce que j'ay pris, & cours à d'autres priſes.*

In quendam avarum, qui omnia ad utilitatem ſuam fert, lucelloque in omnibus rebus avidè inhiat.

. *Amator quidam acerrimus cùm indignis haberetur modis, nec ſe vinculis, quibus conſtrictus erat, exſolvere poſſet, pro ſymbolo aſſumbat Accipitrem ad pugnum cicurantis redeuntem.*

LA LIBERTA SOSPIRO, E TORNO AL LACCIO.

Nec libertatis nec vinculorum oſor.

*J'aime*

*J'aime ma liberté ſans quitter mes liens.*

XI. *Pat. Engelgrave Sacram Synaxin* Sacrilegorum *efformaturus pingebat Accipitrem pane veſcentem ex quo moriebatur.*

HVIC PANIS SOLET ESSE VENENO.

*Ce pain eſt un poiſon pour luy.*

XII. *Eandem picturam exhibuit Lucarinius, hoc lemmate.*

AT HOMINI VITAM.

*Et pourtant l'homme s'en nourrit.*

XIII. *Accipiter avolans.*

IN DARNO LO RICHIAMO.

Fruſtra revocatur.

*En vain je le rappelle.*

XIV. *Accipiter cum ſuis habenis.*

VINCIVNT, NON VINCVNT.

*Il en eſt bien lié, mais non pas empêché.*

In cujuſdam Religioſi ſancta vota.

*XV. Accipiter cum loris ſuis volans.*

IN VINCVLIS LIBER.

*Libre dans ſes liens.*

*XVI. Accipiter.*

SEMPER IN ARMIS.

Tu-

*Toûjours dans les combats.*
*Toûjours preſt à combattre.*

XVII. *Falco volans.*

ALTA PETIT IMPASTUS.

*Il s'éleve ſans avoir mangé.*

In contemplabundum, qui jejunat.

XVIII. *Falco cum præda, & his verbis S. Scripturæ.*

TENUI, NEC DIMITTAM.

*Il ne lâcheray pas ma priſe.*

In quendam, qui parta tueri cupit.

XIX. *In hominis crudelis imaginem ab Areſio conſtitutus eſt Falco aviculam lancinans, quâ tamen non veſcitur.*

NECESSITATEM NON HABET.

*Sans en avoir beſoin.*

*XX. Accipiter ſine cucullo.*

RECEPTO VISU LIBERTATEM ARRIPIT.

*Recouvrant la vûë il entre en liberté.*

In quendam peccatis obrutum, qui in ſe ipſum poſtquam deſcendit eorum vinculis ſe exſolvit.

XXI. *In Virginis Aurelianenſis gloriam ad Regium Palatium efficta eſt Foemella Falco, animo majori præſtans quam mas, his verbis adjectis.*

MARES HÆC FOEMINA VINCIT.

*Cette femelle l'emporte ſur les mâles.*

XXII. *Falco cum ſuis habenis, cujus cucullus in pertica hæret.*

NO PODRIA TENER PRESO SIN TAPARLE LOS OJOS.

Non niſi oculis clauſis.

*On ne le tiendroit pas ſans luy fermer les yeux.*

Diabolus non poſſet efficere, ut peccator vitiis ſuis conſtanter inhæreret, niſi cœcum prius redderet.

XXIII. *Cùm S. Thomæ Apoſtoli reditum ad Deum repræſentare vellet Areſius, plagas Jeſu Chriſti poſt reſurrectionem digitis contrectantis, Accipitrem effinxit, cui avis cor oſtenditur, hoc lemmate.*

REDIBIT AD DOMINUM.

*Il retournera à ſon Maiſtre,*

XXIV. *Accipiter prædam ſuam tenens.*

NON MIHI, SED DOMINO.

*Non pas pour moy, mais pour mon maiſtre.*

XXV. *Falco in ardeam reſupinam ſe immittens, quæ ipſi roſtrum exhibet.*

NIL VIRTUS GENEROSA TIMET.

*Un bon cœur ne craind rien.*

Quod

Quod in honorem Bertrandi Gueſclinii factum extat in porticu Regii Palatii.

XXVI. *Accipiter in prædam irruens, at per habenas retractus.*

TORMENTI GENUS.

*C'eſt un rude tourment.*

In quendam, qui, ne in periculum magnum ſe temerè conjiciat, inhibetur.

# A R D E Æ.



I. *Ardeæ caſſibus evolantes, quibus fere fuiſſent obſtrictæ.*

NON BIS IN EUNDEM.

*Pour n'y plus retourner.*

Piſcator ictus ſapit.

II. *Ardea caſſibus irretita, ubi vehementer ſe agitat, at conatu irrito.*

SE-

SERO SAPIT.

*Inutiles efforts quand on ſe trouve pas.*

III. *Ardea ultra nubes.*

NUNC PLUAT.

*Qu'il pleuve maintenant.*

In virum fortunæ malignitati non ſubjectum.

IV. *Ardea.*

IN SUBLIME FEROR.

*Je m'éleve autant que je puis.*

V. *Ardea volans.*

TRAMITE RECTO.

*Toûjours le droit chemin.*

Non eſt ulla avis, quæ tàm recta via volat, quàm ardea, unde fit ut in eorum ſymbolum adhibeatur, quorum intentiones & conſilia ſunt recta.

VI. *Ardea verſus coelum volans.*

AD SUBLIME RECTA.

*Toûjours droit vers le Ciel.*

In aliquem, qui præter Deum nihil quærit.

VII. *Ardea ultra nubes.*

SUBLIMITATE SECURITAS.

S*on elevation fait ſa ſeureté.*

VIII. *Ardea.*

INDAGAT SUBLIMIA.

*Il cherche à s'élever aux endroits les plus hauts.*

In contemplabundum.

IX. *Pro Duce Guiſienſi in porticu Palatii Regii depicta eſt Ardea ultra nubes.*

ALTIOR PROCELLIS.

*Au deſſus des tempeſtes.*

VUL-

# VULTURES.



I. *Vultures ſine ulla Venere concipere hactenus creditum eſt. Id quod occaſionem fecit nonnullis ſymbolis in virginitatem foecundam S. Virginis, quæ Verbum Dei ſola Spiritus S. operatione concepit. Vultur* Auſtro *ſtante concipiens.*

COELO SPIRANTE MARITOR.

*Le Ciel me rend feconde.*

II. *Eadem figura uſus eſt Areſius, hoc lemmate.*

VIRGO CONCIPIET.

*Et Vierge elle conçoit.*

Quod ad Myſterium Annuntiationis & verba Jeſaiæ applicat.

III. *Eidem Lucarinus adſcripſit.*

CONCIPIT SPIRITU.

Ad operationem Spiritus S. exprimendum.

IV. *Idem ad Filium Dei in ſinu Patris æterni præfigurandum conſtituit Vulturem, his verbis.*

GENITUS ABSQUE MATRE.

*Engendré ſans mere.*

Præſtitiſſet, *Genitus abſque Patre*, in Incarnationem Filii Dei, quia S. Ambroſius de Vulture expreſſe dixit: *Avis ſine maſculo parit.*

V. *Vultur.*

SINE VENERE.

*Sans accouplement.*

In Cœlibem.

VI. *Ingens ventus, cujus auxilio Vultur ſe elevàt.*

OVE ALZATO PER ME NON FORA MAI.

Quò mea virtus nequit.

*Où mes forces jamais n'auroient pû m'élever.*

In aliquem, qui ſuam ſe dignitatem alii debere fatetur.

*Vul-*

VII. *Vultur ad cadavera volans.*

AD TABIDA FEROR.

*Il cherche les cadavres.*

In Maledicum vel Invidum.

VIII. *Vultur.*

PRÆSTAT ODORATU,

*Il a l'odorat fin.*

In ſublime ingenium.

# AVES NOCTURNAE.



I. *Aves nocturnæ.*

NOCTEM VERTERUNT IN DIEM.

*Du jour ils font la nuit, & de la nuit le jour.*

Ita magna pars hominum agere ſolet.

II. *Aves nocturnæ.*

IN TENEBRIS AMBULANT.

*Ils*

*Ils vont dans les tenebres.*

Quod Hæreticorum proprium eſt, qui lucem fugiunt.

III. *Bubo.*

HABITAT MENS CAUTA RECESSUS.

*N'y voyant pas aſſez il n'oſe ſe produire.*

Sapientis eſt receſſum quærere, quando tanto ingenio præditus non eſt, ut clarus evadere poſſit.

IV. *Veſpertilio.*

QUOD GENUS? UNDE DOMO?

*De quel pays? de quel ſang eſtes vous?*

In Incognitum.

V. *Bubo.*

QUID COECO CUM SOLE.

*Le Soleil n'eſt pas fait pour luy.*

VI. *Bubo ad Solem.*

OFFUNDIT TENEBRAS.

*Il n'eſt que tenebres pour luy.*

VII. *Veſpertiliones Solem fugientes.*

NON COGNOVERUNT LUCEM PRÆSENTEM.

*Ils n'ont pas connus la lumiere preſente.*

Quòd in numiſmate conſpicuum fuit Anno 1558. Authoribuſque Reformatis, ut exiſtimari voluit, vide-

detur inventum quibus tamen magis convenit quàm Catholicis, ad quos id applicare volebant.

VIII. *Ludovicus de Brethe Claromontanus Canonicu Regularis in S. Dionyſii honorem conſtituit Noctuam hoc lemmate.*

NOX ILLUMINATIO MEA.

*La nuit m'éleve.*

Quia hic Sanctus innotuit per ecclypſin Solis, qua Salvatore noſtro mortem ſubeunte fiebat.

IX. *Sol oriens & aves nocturnæ latibula quærentes.*

VT VIDETVR NON VIDENTVR.

*On ne les verra plus d'abord qu'il paroiſtra.*

Sunt quorum conſpectum nec vitia nec errores ferre poſſunt.

*X. Veſpertilio.*

SOL ABSENS DAT MIHI VISVM.

*L'abſence du Soleil me donne la vûe.*

XI. *Noctua accenſam facem fugiens.*

SAPIENS PRÆFULGIDA VITAT.

*Ce qui brille à ſes yeux ſagement il évite.*

Quod in Doctor. Coqueretum ex Familia Navarræa concinnatum eſt, qui Epiſcopatum ſibi oblatum declinabat. Symbolum ipſum his verbis effigiei ejus ſubſcriptis explicatur : *Delata Epiſcopatus dignitate, modeſte abſtinet.*

XII.

XII. *Veſpertilio.*

IL BEL LUME DEL CIELO ODIO, ED ISDEGNO.

Lumen odi magnum, nec ferre poſſum.

*Je hais le grand éclat, & ne puis le ſouffrir.*

XIII. *Veſpertilio.*

SERAS NVNTIAT HORAS.

*Elle annonce la nuit.*

In ſenectutem mortis inſtantis nuntiam.

XIV. *Veſpertilio opponens ſe gladio vaginâ vacuo.*

NOCET HIC FULGOR.

*Cet éclat eſt nuiſible.*

XV. *Noctua.*

SOLEM ODI.

*Je ne puis ſouffrir le Soleil.*

XVI. *Lucarinius protectionem S. Virginis, qua ejus cultores fruuntur, depicturus, utebatur imagine Veſpertilionis ſuos pullos inter volandum ſecum portantis, his verbis appoſitis.*

ET MECUM PULLI.

*Je ne quitte point mes petits.*

Quæ pictura tamen non ſatis digna videtur tam eleganti applicatione.

XVII. *Veſpertiliones ſibi invicem adhærentes tempore hyemali, ut calefiant.*

MVTVA NITVNTVR OPE.

*Elles s'entr'aident les unes les autres.*

XVIII. *Noctua.*

EXCOECAT CANDOR.

*La lumiere l'aveugle.*

In Invidos.

XIX. *Noctua & circa eam multæ aliæ aviculæ.*

ILLUDIT & DETINET.

*Elle les joüe & les arreſte.*

In callidum quendam aſſentatorem fecem plebejam oblectantem.

XX. *Academicus quidam* Errantium *Brixianorum in ſymbolo habebat Noctuam.*

PER AMICA SILENTIA LUNÆ.

*Dans la ſilence de la nuit.*

Cui mos erat magnam noctis partem ſtudiis tribuere.

XXI. *Noctua.*

NIL INDIGA LUCIS.

*Elle*

*Ellé n'a pas beſoin de la lumiere.*

In Autodidactum.

XXII. *Noctua.*

SVM SACRA MINERVÆ.

*Je ſuis conſacré à Minerve.*

Quod erat ſymbolum cujuſdam Virginis eruditæ.

# BASILISCUS & DRACONES.



I. *Baſiliſcus.*

NECAT SINE VULNERE.

*Sans faire de bleſſure il peut donner la mort.*

*Ba-*

II. *Baſiliſcus.*

MATA CON SU VISTA.

Mors ex conſpectu.

*Sa vüe fait mourir.*

Multa ſunt, quæ ſpeciem bonitatis præſe ferunt, vix tamen ſine ingenti diſcrimine tractari poſſunt, quorſum hæc duo ſymbola ſpectant.

III. *Baſiliſcus coram ſpeculo.*

IPSE PERIBIT.

*Il perira luy-même.*

IV. *Draco volans.*

NON SPIRIS, SED ALIS.

*Les ailes pour voler, & non pas les replis.*

Meritis opus eſt, iiſque non mediocribus, ſi ad aliquem dignitatis gradum adſpirare volumus valet hic parum aſtutia.

V. *Baſiliſcus ſpeculum intuens.*

SIC SE NECAT.

*C'eſt ainſi qu'il ſe tuë.*

In Philautiam.

VI. *Cum Turcas ex vicinia Regni Neapolitani propuliſſet Dux Albanus ſola adventus ſui famâ, ejus in honorem Baſiliſcus depictus eſt ſerpentes propulſans, hoc lemmate.*

TU NOMINE TANTUM.

*Le bruit de voſtre nom fait plus que ſes regards.*

VII. *Lucarinius conſtituit Baſiliſcum, hac epigraphe.*

PROSTERNIT INTVITV.

*Sa ſeule vuë renverſe.*

In Bellatorem ſtrenuum.

VIII. *Petrus Gambertius Baſiliſcum cum ſpeculo.*

AVT PERIT, AVT PERIMIT.

S'*il ne tuë il perit.*

IX. *Baſiliſcus.*

VIRUS IN ÆTHERA VOMIT.

*Il jette ſon venin même contre le Ciel.*

In Hæreticum blaſphemantem.

X. *Baſiliſcus coram ſpeculo.*

SVÌS PERIBIT VIRIBVS.

*Il perira par ſoy-même.*

Sibi ipſi perniciem adferre, iniquitatis proprium eſt.

XI. *Quod ſibi ipſi maximè noceat impius, Baſiliſco præfiguravit Areſius, & his verbis ex Pſalmo 7. deſumptis.*

DOLOR IPSIVS IN CAPVT EJVS.

*Il ſe nuit a ſoy-même.*

XII. *Baſiliſcus ſpeculum intuitus periens, hac inſcriptione.*

REDIT IN AVTHOREM SCELVS.

*Le méchant ſe nuit à ſoy-même.*

XIII. *Baſiliſcus in medio aliorum animalium.*

SEM-

SEMPER INVICTUS.

*Toûjours invincible.*

XIV. *Baſiliſcus.*

S'JO MIRO MIRO.

Mors poſt viſum.

*Je meurs ſi je le regarde.*

Haud vacat periculo mundanis rebus ſe implicare.

XV. *Baſiliſcus.*

HALITU MORTEM.

*Son ſouffle ſeul donne la mort.*

XVI. *Baſiliſcus.*

E DA GLI OCCHI, E DAL CANTO.

Et oculi & cantus.

*Ses regards & ſon chant ſont toûjours dangereux.*

Ad mundum pertinêt, cujus conſpectus & agendi ratio æque perniciosa eſt.

XVII. *Baſiliſcus.*

PUR CHE GLI OCCHI NON MIRI.

Fuge oculorum aſpectum.

*Evitez la rencontre & le feu de ſes yeux.*

XVIII. *Duplex ex Baſiliſci picturâ formavit ſymbolum Lucarinius eò quod interficiat alios & ſeipſum, prout alii eum vel ipſe ſe prius aſpexerit.*

PRÆVIDENS CÆDIT.
PRÆVISUS CADIT.

*S'il voit il fait mourir, mais il meurt s'il eſt vû.*

XIX. *Concinnata etiam ſunt multa ſymbola ex Dracone in Papam Gregorium* XIII. *cui in inſignibus erat. Hinc Draco conſtituebatur hoc lemmate Græco.*

ΓΡΕΓΟΡΕΙ.

Vigilat.

*Il veille.*

Inclytum quippe hoc animal eſt ea proprietate, unde, qui vigilantiæ dono ſunt exornati, Draconum vigilantium denominatione inſigniuntur. Hic verò ad Gregorii nomen elegans alluſio eſt.

*XX. Draco Heſperidum hortum intuens.*

PRÆBET, NON PROHIBET.

*Il en donne l'entrée, & ne l'empéche pas.*

Quo hujus Papæ ingenium notabatur omnis generis ac conditionis homines admittens facilè.

XXI. *Draco.*

FELIX PRÆSAGIUM.

*Preſage heureux.*

Quia ominis fauſti indicium eſt Draco.

XXII. *Draco caudam ſuam admordens.*

A QUO, ET AD QUEM.

*Le principe & la fin.*

Non poteſt in ſapientium numero haberi, qui non omnium rerum principium & finem ritè conſiderat.

*Ser-*

XXIII. *Serpens æreus.*

SIC EXALTATUS SANAT.

*Son élevation le rend utile au monde.*

In Papæ Gregorii exaltationem.

XXIV. *Ejuſdem in Papæ exaltatione exhibebatur Draco volans ſuper quodam templo, cum his verbis Virgilii.*

DELUBRA AD SUMMA.

*Juſqu'au ſommet du Temple.*

Pontificatus eſt prima Eccleſiæ dignitas.

# VARIÆ ACTIONES AVIUM. ALÆ & PLUMÆ.



I. *Corvus lapides in vas dimidia ſui parte āqua repletum*

*tum conjiciens, ut in uſum ſuum cedere poſſit, cum his verbis Perſii.*

INGENII LARGITOR VENTER.

*La neceſſité luy donne de l'eſprit.*

Quod Proverbio dicimus : *Paupertas invenit artes.*

II. *Avis ab ave prædatrice impetita ad templum confugiens.*

HIC SECURUS AB HOSTE.

*Contre ſes ennemis il s'en fait un azyle.*

III. *Avis ſolitaria ad montem fugiens.*

ELONGAVI FUGIENS, ET MANSI IN SOLITUDINE.

*J'aime la ſolitude, & cherche le repos.*

IV. *Italus quidam, Theſibus cuidam Prælato, cui Alæ in inſignibus erant, dicatis, Protectionem ſuam, quam ab eo expectabat, quatuor ſymbolis ex Alis concinnatis præfigurabat. Quorum primum erat duæ Alæ, his verbis adſcriptis.*

TOLLERE, NON DEPRIMERE.

*Pour y élever, & non pour abbaiſſer.*

V. *Secundum Avicula à terra avolans.*

ALARUM MUNERE.

*Par le moyen des ailes.*

VI. *Tertium Ala cum his verbis Horatii.*

NON USITATA NEC TENUI.

*Ny foible, ny nouvelle.*

VII. *Quartum Pulli ſub alis matris ſuæ.*

IN HOC VELAMENTO PROTEGIMUR.

*Nous ſommes à couvert à l'ombre de ſes ailes.*

VIII. *Sol oriens cum grege avium.*

TE VENIENTE CANENT.

*Ils chanteront dés que vous paroiſtrez.*

In Poëtas, qui verſibus adventum cujuſdam Principis celebrant, atque Opera ſua ipſi offerunt.

IX. *Eadem figura.*

EXULTANTES OCCURRUNT.

*Ils vont au devant avec joye.*

In receptionem Principis.

X. *Pulli in ſuo nido, quibus mater adfert cibum.*

INVOCANTIBUS ESCAM.

*Quand ils demandent à manger.*

In Providentiam divinam.

*Plumâ*

XI. *Plumæ Struthio-cameli ſuper caſſide, ubi à vento agitantur, at non deiiciuntur.*

TREMOLE MA SALDE.

Tremunt, ſed non cadunt.

*Elles tremblent toûjours ſans craindre de tomber.*

Diffidentia eſt mater ſecuritatis, & qui nihil vult timere, omnia timere debet.

XII. *Pluma madefacta & declivis.*

TENDIT MADEFACTA DEORSUM.

*Eſtant moüillée elle ne ſe tient plus.*

In quendam, qui afflictioni ſuccumbit.

XIII. *Areſius in ſymbolo habebat Pennam ſcriptoriam, his verbis.*

NON EVEHAR NI VEHAR.

*Je ne m'éleveray pas, ſi je ne ſuis élevée.*

Quo indicabat nemini ſua conſilia ex voto ſuccedere poſſe, niſi alicujus protectione promoveantur, perinde ut penna ſe ipſam ſubvehere non poteſt, niſi vel ab ave vel à vento ſublevetur.

XIV. *Alæ.*

PORTANTEM PORTANT.

*Elles portent celuy qui les portent.*

Quod in vota Religioſorum quadrat, quibus virtutum praxis illis facilis redditur, qui eas exactè obſervare volunt.

XV. *Ala.*

SERPERE NESCIT.

*Elle ne peut ramper.*

Hæc tria ſymbola à Dom. Areſio inventa ſunt, qui pro inſignibus habebat alas.

XVI. *Aliud ille ait ſibi non eſſe viſum ſymbolum ex Alis, niſi unum hac ſubſcriptione gaudens.*

HIS AD ÆTHERA.

*Par leur moyen on peut montrer au Ciel.*

Quod tamen eodem authore magis eſt emblema quàm ſymbolum.

XVII. *Plumæ ſuper caſſide.*

VI NULLA INVERTITUR ORDO.

*Sans violence on ne peut changer l'ordre.*

Qui eſt character hominis tractabilis & ſubmiſſi, qui ad omnia juſſa eſt paratus.

XVIII. *Alæ.*

ONUS LEVE.

*Une charge legere.*

Quod

Quod Evangelii convenit præceptis, quæ hoc onus leve ſunt.

XIX. *Ala.*

NON SUFFICIT UNA.

*Une ſeule ne ſuffit pas.*

Ad Cœlum tendendum eſt per actionem & contemplationem, per preces & bona opera; unum non ſufficit.

XX. *Plumæ aquilinæ aliarum avium plumis mixtæ, quas corrodunt & deſtruunt ob ſuperſtitem in iis Antipathiam naturalem, quæ eſt inter Aquilam & volucres reliquas.*

PROTEGEN PERO DESTRVYEN.

Tegunt & deſtruunt.

*Elles couvrent & detruiſent.*

Quod ad Principes trahit Saavedra, qui ſubditos ſuos, quos protegunt, nonnunquam excationbus exhauriunt & deſtruunt.

XXI. *Alæ extenſæ.*

EXPANSÆ SUBLIMEM.

*Elles élevent eſtant étenduës.*

Mens, quæ ſe non alicui rei applicat atque ſic innoteſcit, ad honores provehi non poteſt.

XXII. *Upupa, quæ eſt avis venuſta, ſed ſordida.*

NIMIUM NE CREDE COLORI.

*Ne vous fiez par trop aux belles apparences.*

GRUES

# GRUES.
# &
# CICONIÆ.



I. *Grus ſtans uno pede.*

SEMPER INEXCUBIIS.

*Toûjours en vigilance.*

II.

II. *Grus pede attracto, quo tenet lapillum.*

VIGILAT NEC FATISCIT.

*Elle veille ſans deſiſter.*

III. *Academia* Vigilantium, *gerit pro ſymbolo Gruem uno pede lapidem ſuſtinentem.*

NUNQUAM DECIDET.

*Elle ne tombera pas.*

In firmum propoſitum.

IV. *Ciconia ſupra turrim templi nidum conſtruens.*

HIC TUTIOR.

*Elle eſt en ſureté.*

Religio & pietas reddunt animam ſalutis ſuæ ſecuram.

V. *Ciconia ſerpentibus veſcens.*

DONEC CONFICIAM.

*Juſqu'a ce que je les detruiſe.*

In Magiſtratum maleficos perſequentem.

VI. *Ciconia ſerpentem interficiens.*

INVISA NOCENTI.

*Ennemie aux méchans.*

VII. *Eadem.*

SÆVA SÆVIS.

Quod

Quod eodem cum præcedente recidit.

VIII. *Ciconia fraxini ramo ſerpentes invadens.*

AUDENTIUS OBSTAT.

*Elle en a plus d'ardeur & même plus de force.*

IX. *Ciconiæ pullus patrem ſenem portans, cum his verbis Virgilii, quæ de Ænea Patrem Anchiſen gerente profert.*

NEC ME LABOR ISTE GRAVABIT.

*Ce fardeau m'eſt leger.*

X. *Duo pulli Ciconiæ parentes ſuos bajulantes.*

PAR PARI REFERUNT.

*Ils leur rendent la pareille.*

In Pietatem liberorum erga Parentes, quibus prognati ſunt.

XI. *Grus vigilans ſtans uno pede atque altero lapidem tenens cæteris dormientibus.*

UT ALII DORMIANT.

*Afin que les autres repoſent.*

In vigilantiam cujuſdam Prælati.

XII. *Mathias Archidux Auſtriacus pro ſymbolo habebat Gruem pede attracto ſuper trophæo.*

AMAT VICTORIA CURAM.

*Pour*

*Pour vaincre il faut veiller.*

XIII. *Grus volans atque pede lapidem gerens.*

PONDERE TUTIOR.

*Le poids la rend plus ſeure.*

Multa ſunt, quæ ſine difficultate vix ad ſucceſſum felicem perduci queunt.

XIV. *Grus allevato pede.*

NE SOMNUS OPPRIMAT.

*De peur que le ſommeil ne vienne a l'accabler.*

XV. *Silex in pedem Gruis obdormiſcentis cadens.*

DORMITANTEM EXCITAT.

*Il l'éveille quand elle s'aſſoupit.*

In conſcientiæ morſus.

XVI. *Grus lapillum arripiens, ut pervigil maneat.*

NEQUID NIMIS.

*Il ne faut rien de trop.*

Non eſt aliquid aggrediendum, quod facultates noſtras ſuperat.

XVII. *Grus in ore lapidem gerens, ne clamorem excitet.*

SILENTIO TUTA.

*Son ſilence la rend ſeure.*

Quædam tacuiſſe juvat.

XVIII.

XVIII. *Grus clamans.*

EMISSO CLAMORE QUIESCIT.

*Elle repoſera quand elle aura crié.*

Natura id habent grues, ut clament antequam quieſcant, qua in re conſcientiam præfigurant noſtra vitia reprehendentem, ut ſibi requiem procuret.

XIX. *Grus alius locum occupans ad vigilandum.*

PRO DEFESSA VICEM.

*Elle ſuccede à celles qui ſont laſſes.*

XX. *Grus ſuper magno monte.*

LONGIUS AB ALTO.

*C'eſt de plus haut qu'on découvre plus loin.*

Contemplatione ad futura penetrandum eſt.

XXI. *Ciconia ſupra nubes.*

QUIES HIC CERTA.

*C'eſt icy ſeulement que le repos eſt ſeur.*

In Cœlo vera requies.

XXII. *Grex Gruum.*

NONNISI GREGATIM.

*Jamais qu'en troupe.*

In quoſdam viros una eſſe gaudentes.

XXIII. *Grus elevato pede dormiens.*

IN SOMNO INSOMNIS.

*En dormant il veille.*

*Aca-*

XXIV. *Academia* Inſenſatorum *Peruviæ indicare volens; Academicos, non obſtantibus multis negotiis domeſticis, publicis & privatis, exercitiis tamen Academicis ſedulo incumbere, pro ſymbolo aſſumebat Grues cum lapidibus volantes.*

VEL CUM PONDERE.

*Et meſme avec ce poids.*

*XXV. Eadem figura cum verbis Alciati.*

NE FLAMINA RAPTENT.

*De peur que le vent ne les emporte.*

Deus voluit nos multis imbecillitatibus eſſe obnoxios, ut ponderis inſtar impediant, ne vanitatibus hujus mundi immergamur.

*XXVI. Grus uno ſtans pede.*

STUDIO ET VIGILANTIA.

*Par application & vigilance.*

Quibus opus eſt ad ſtudia rite tractanda.

XXVII. *Grus tempeſtate nubila, hoc lemmate.*

TEMPORA SI FUERINT NUBILA.

*Quand le temps eſt mauvais.*

Lemma ex Ovidio eſt, ubi integrum diſtichon ita habet.

*Donec eris felix multos numerabis amicos.*
*Tempora ſi fuerint nubila ſolus eris.*

XXVIII. *Grus vigilans cæteris dormientibus.*

UNA OMNIBUS.

*Une pour toute.*

*XXIX. Grus uno pede ſtans.*

NE IMPROVISO.

*De peur d'eſtre ſurpriſe.*

*XXX. Idem corpus.*

NOCTEMQUE VIGIL DVCIT.

*Elle veille la nuit.*

Quod de Præfecto quodam belli dixit Silius Italicus.

*XXXI. Ciconia ſerpentem interimens.*

TUTO CONFICIT.

*Sans craindre ſon venin elle luy fait la guerre.*

In quendam, qui hæreticum oppugnat.

XXXII. *Grex Gruum, una prævolante.*

VNA DIRIGIT OMNES,

*Une ſeule les conduit toutes.*

Rectore opus eſt in Societate, ſi omnia rectè adminiſtrari velimus.

XXXIII. *Grues.*

VICISSIM AGMINA DVCVNT.

*Chacune commande à ſon tour.*

In Societatem, ubi membra alternatim ad gubernaculum ſedent.

*XXXIV. Grus aliis dormientibus vigil.*

ME STANTE NIL TIMENDUM.

*Tant que je veilleray l'on n'aura rien à craindre,*

In prudentem aliquem Præfectum.

*XXXV. Grus quæ vento flante unguibus truncum tenet.*

NE EXTOLLAR.

*Pour ne pàs m'emporter trop loin.*

*XXXVI. Ciconia, quæ ſeneſcit integro colorè.*

COLOREM NEC ÆTATE COMMUTAT.

*L'âge ne change point ſa premiere couleur.*

XXXVII. *Grus, quæ contrà communem morem in ſenectute nigreſcit.*

SENECTVTE NIGRESCIT.

*La vieilleſſe la fait noircir.*

In quendam, qui de vita male acta in ſenectute conqueritur.

XXXVIII. *Grues ſemper recto ordine volantes.*

NVNQVAM DESERVNT.

*Sans ſortir de leur rang.*

In copias bona diſciplina exercitatas.

XXXVIII. *Grues ultra nubes.*

A STREPITV PROCVL.

*Loin du bruit.*

In contemplabundos in ſeceſſu degentes.

XXXIX. *Grus uno ſtans pede, cum his verbis S. Scripturæ.*

NON DORMIT QVI CVSTODIT.

*Celui qui doit veiller ne s'endormira pas.*

XL. *Grus lapidem capiens ad volandum.*

UT TUTE.

*Pour aller ſeurement.*

XLI. *Grues ordine abvolantes.*

ITER TVTISSIMVM.

*Le voyage eſt plus ſeur.*

In milites ordine & ad aciem inſtructos expeditionem facientes.

XLII. *Grus lapidem pede tenens & alis extenſis.*

JUVAT GRAVITATE VOLATUM.

*Pour eſtre moin legere, & pour eſtre plus grave.*

XLIII. *Grus pedem mutans vigilando.*

VIGILEM NE CURA FATIGET.

*Pour ne pas s'accabler dans le ſoin de veiller.*

Quod ad ſtudia pertinet, quæ cùm diuturna fatigent, amant alterna Camœnæ.

XLIV. *Ciconia ſerpentem diſcerpens.*

CONFICERE EST ANIMUS.

*J'en veux venir à bout.*

Quo alicujus animus præfiguratur, quo fertur in vitium aliquod vel malum habitum deponendum.

XLV. *Ciconia fraxineum ramum nido ſuo imponens, ut à ſerpentibus eum defendat.*

UT PROTEGAR.

*Pour me mettre à couvert.*

Quod ſibi eligat, qui ſe tutelæ alicujus ſubmittit.

AVIUM

# AVIUM NIDI PULLI & OVA.



I. *Avis pullis ſuis cibum ferens.*

PARAT TENERÆ SUBSIDIA PROLI.

*Elle pourvoye aux beſoins de ſes petits.*

In Matrem liberos ſuos alentem.

II. *Aves nidificantes in latebris petræ.*

DULCES LATEBROSO IN PUMICE NIDI.

*Il eſt doux d'habiter dans les creux des rochers.*

In Carthuſianos. Epigraphe extat quinto Æneid. Totumque ſymbolum à Pat. Engelgrave adornatum eſt.

III. *Aves nidificantes in ollis ad muros poſitis*

VENIENT AD POCULA RURSUS.

*Ils retourneront aux pots.*

Quod in vinolentos ab eodem Patre conſtitutum eſt.

IV. *Avis cibum pullis ſuis in caveam ferens.*

COMPELLOR AMORE.

*L'amour me preſſe à donner ces ſecours.*

V. *Avis pullis ſuis pro cibo vermes præbens.*

MOLLIA DAT TENERIS.

*Il donne à ſes petits les choſes les plus tendres.*

In Divum Paulum, qui ſe imbecillitatibus Chriſtianorum primorum accommodabat.

VI. *Acervus Avium.*

CALORE FOETABUNT.

*La chaleur les fera éclore.*

In animi fervorem, quo peccatores convertuntur.

VII. *Paradinus eruditorum animum humilem, idiotarumque ſuperbiam notaturus, depinxit Ova in aqua, ubi quæ plena ſunt, ad fundum ſubſidunt, cùm cætera in ſuperficie natent.*

HAUD

HAUD SIDIT INANE.

*Le vuide ſurnage toûjours.*

VIII. *Avis ex ovi putamine emergens.*

NON NISI ERUPTO.

*Pour en ſortir il faut le rompre.*

Corrumpantur prius noſtra corpora neceſſe eſt, quàm anima immunis evadat.

IX. *Ovum filo circumligatum atque in ignem immiſſum*

SIC NUNQUAM LÆDITUR IGNE.

*Ainſi le feu ne peut luy nuire.*

X. *Ovum acuminata ſui parte intra duas manus preſſum.*

NON FRANGETUR.

*On ne ſçait le rompre.*

* Experientia conſtat ovum hoc modo preſſum non rumpi, hinc naturam integræ mentis repræſentat, quam invidia arrodere nequit. Verba, quibus Plinius ad id referendum utitur, ſunt hæc. *Firmitas putaminis tanta eſt, ut recta nec vi, nec pondere ullo flectatur. l.29.c.3.*

XI. *Academicus quidam oſtenſurus ſe tantos profectus in Academia feciſſe, ut intra breve tempus ad exemplum cæterorum ſermonem habiturus ac ratiocinaturus ſit, Ovum pro ſymbolo aſſumebat, hiſce verbis Italicis.*

DIMANI AUGELLO.

Cras avis ero.

*Demain je ſeray oiſeau.*

*Quod alius ita mutabat:*

MUTABOR IN ALITEM.

*Je deviendray oiſeau.*

XII. *Cùm Alcibiades Lucarinius animæ ſanctæ ſublimitatem, quâ tota ad Deum aſcendit & per amorem ipſi unitur, deſcribere vollet, unum eorum Ovorum conſtituit, quæ rorulenta ſunt & radiis Solis tacta ſurſum elevantur, cum his verbis.*

RORE ET CALORE.

*Par la roſée & par la chaleur.*

Id eſt, Lachrymis & ardore, vel gratia & fervore.

XIII. *Eadem figura uſus eſt Petraſancta ad præfigurandum Aſſumptionem* S. *Virginis, hoc lemmate.*

QUIA RORE PLENUM.

*Parce qu'il eſt plein de roſée.*

In quo per rorem plenitudo gratiarum S. Virginis exhibetur.

XIV. *Duplex ſymbolum factum eſt ex Ovo pleno & inani aquæ immiſſo. Quorum alteri adſcriptum erat.*

SURGIT INANE.

*Le vuide s'éleve.*

*Alteri:*

IN FUNDO PLENUM.

*Le plein deſcend au fond.*

Quo doctorum & idiotarum differentia oſtenditur, de quibus vulgare Proverbium habet, *Quo quis doctior, eò humanior.*

*XV. Ovum aquæ ſalinæ ſupernatans.*

MERGITUR IN DULCI.

*Dans*

*Dans la douce il ſe plonge.*

Sunt, quibus fortuna ſecunda eſt adverſa, adverſa ſecunda.

XVI. *Ovum durum per collum rectum Ampullæ vitreæ miſſum.*

ACETO DISPOSITUM.

*Le vinaigre le fait paſſer.*

Afflictiones etiam duriſſimos emolliunt animos.

XVII. *Amorem Filii Dei tenerum erga S. Johannem cùm exprimere vellet Lucarinius, Nidum effinxit Aquilinum cum pullis ſub alis matris & his verbis.*

PROXIMUM CORDI CHARIUS.

*Le plus proche du cœur eſt toujours le plus cher.*

Quod ex communi ſententia natum, qua credunt eum pullum ab aquila magis amari, qui ex eo ovo excluditur quod cordi proximè adjacet incubantis.

*XVIII. Avis in nido.*

HIC MIHI SOLA QUIES.

*C'eſt icy ſeulement qu'on trouve du repos.*

Quod foribus conclavis ſui adpingi curaverat vitæ religioſæ ſectator, receſſum amans.

XIX. *Quidam vir honeſtus idcirco reprehenſus, quod ad receſſum ſuum tam exiguum locum ſibi elegiſſet, ad januam pinxit Nidum Halcyonis, qui ipſi ſoli adeo eſt accomodatus, ut aliam nullam avem admittat, hoc lemmate.*

RELICTURO SATIS.

*Pour me quitter bientoſt il me ſuffit aſſez.*

*XX. Apus in ſuo nido.*

## EXTRA NULLA QUIES.

*Nul repos au dehors.*

Quia perpetuo in motu eſt hæc avis extra ſuum nidum.

# ACCIPITRES ASTERIÆ & PERDICES.



I. *Accipiter Aſteria ſe immittens in gregem Perdicum.*

PRÆDETVR VT VNAM.

*Pour en enlever une.*

Quo artificio utitur Diabolus in tentationibus.

Ac-

II. *Accipiter Aſteria ſuper pertica volubili, qua tres dies & noctes volvitur vigil, ut ad venationem idonea reddatur.*

ADIMIT VERTIGO QVIETEM.

*Il n'a point de repos ne pouvant s'arreſter.*

Quod in ingenium agile & inquietum quadrat.

III. *Accipiter Aſteria cum avibus avolans.*

NON INFIRMIORES.

*Il mépriſe les foibles.*

IV. *Accipiter Aſteria in aëre volitans.*

AD ARDUA GAUDENS.

*Je prens plaiſir à m'élever.*

V. *Accipiter Aſteria perdicem diſcerpens.*

NECESSITATEM NON HABENS.

*C'eſt ſans neceſſité.*

In crudeles avari exactiones.

VI. *Accipiter Aſteria perdicem tenens.*

TENVI NEC DIMITTAM.

*Je ne quitteray pas ma priſe.*

In quendam parta tuentem.

VII. *Accipiter in cucullo avolare nitens.*

VOLUISSE SATIS.

*C'eſt aſſez de le vouloir.*

VIII. *Accipiter pone quem eſt fruſtum carnis.*

NON COMEDIT.

*Il n'y touche pas.*

In quendam, qui tempori inſervire didicit.

IX. *Accipiter avolans cucullo abjecto.*

ACCEPTO VISU LIBERTATEM ARRIPIT.

*En recouvrant la vûë il cherche à s'affranchir.*

In peccatorem, qui ſtatim ac ſe ipſum cognovit, de reſipiſcentia cogitat.

X *Perdix, quæ in ſpeculo ſe intuens tendiculis poſitis irretitur*

NESCIT.

*Elle ne void pas le piege.*

Quod ad eos trahit Areſius, qui ſe callidis fœminarum lachrymis allici ſiñunt in pravum illarum commercium

XI. *Eadem figura.*

L'INGANNA QUEL, QUESTO LA PRENDE.

Alterum fallit, alterum capit.

*L'un la trompe, l'autre la prend.*

Forma attrahit, voluptas irretit.

Primum horum ſymbolorum ex Proverbiis decerptum eſt, ubi SAPIENS expreſſe ait: *Velut ſi avis feſtinet ad laqueum, & neſcit quod de periculo animæ illius agitur.*

XII. *Idem in* S. *Johannem Baptiſtam in utero Matris, ad S. Virginis, quæ utero ferebat Filium Dei, acceſſum, exultantem, Perdicis Pullum ſtatuit qui ſtatim ac ex ovo exclusus eſt, in pedes ſe conjicere poteſt, his verbis.*

TE-

TENERE QUIS POTERIT?

*Qui peut le retenir?*

XIII. *Ad bonam œconomiam depingendum, ubi maritus non minus ac conjux omnia ſua probè peragunt, à Bargalio deſcriptum eſt par perdicum per vices ovis incubantium.*

EXCUBAT UTERQVE SUA.

*Chacun également s'applique à ſon devoir.*

XIV. *Perdix aliarum avium ova ad incubandum auferens.*

DIREPTA FOVET.

*Il couve ſes larcins.*

In furum & furtorum receptorem.

XV. *Perdicis pullus, ſtatim ac ovo eſt excluſus currens.*

NULLA MIHI MORA EST.

*Rien ne peut plus me retenir.*

XVI. *Duo Perdices mares præſente fœmella certantes.*

URGET AMATÆ PRÆSENTIA.

*Sa preſence les anime.*

In equeſtre certamen in Fœminæ cujuſdam honorem, quam duo Equites amabant, inſtitutum.

XVII. *Perdices latibula quærentes ad viſum Accipitris.*

A FACIE PERSEQUENTIS.

*Elles fuyent ceux qui les recherchent.*

In timidos Chriſtianos, qui ſe perſecutionis tempore abdunt.

XVIII. *Perdices, quæ omnia ſibi tuta perſuadent capite abdito.*

ET DEPREHENSÆ LATENT.

*Elles croyent ſe cacher alors qu'on les découvre.*

XIX. *Perdices ad matrem allicientem redeuntes.*

REDEUNT AUDITA MATRE.

*Ils retournent d'abord qu'ils entendent ſa voix.*

FINIS.

[*8] A-Z, Aa-Zz, Aaa-Ggg8
[fr. ℓ]7,

SPECIAL 93-B
8605